39 princ. Iuxta hoc quæro qd † de vulgari g expreſſa quæ in ſe cõtinet tacitã pupillarem: an per eã ſuccedit pupillo, ita q trahatur ad bona pupilli. Dy. q ſic, ,ppter vicinitatẽ quam habet cũ pupillari. Et ideo dicit q eſt casus j. eod. l. ij. §. ſed & ſi ita. & exponit text. ibi q ei, ſ. filio: vt ad ,pximũ fiat relatio. Et idẽ d. Ray. Sed Cy. hoc relinquit ſub dubio. Gul. de Cun. & Mar. Sil. cõtra: quia per vulgarẽ ſubſtitutionẽ ſuccedit defuncto: per pupillarẽ pupillo: vt Inſti. e. in prin. & arg. l. Sextiliã. j. de legã. iij. Ego dico q Iac. de Are. in hoc paſſu ſentit veritatẽ, ſ. q per vulgarẽ ſuccedit ſolũmodo defuncto & hoc eo tẽpore quo pupillus repudiat: ſed per pupillarẽ tacitam in ea cõprehẽſam ſuccedit pupillo tunc, cũ pupillus in pupillari ætate dece-

e dit[e]. & ſic habebit locum lex vtrq; ſubſtituto. nec enim eſt de

☞ neceſsitate pupillaris ſubſtitutionis q filius ſit hæres: vt l. Iulianus. j. de acqui. hęr. per quã legẽ hoc, pbat. Et ita debet intelligi opi. Iac. de Are. quæ opi. per ſcripta malè recitat. Nõ obſt. §. ſed & ſi ita. quia debet exponi ei, ſ. patri: vel ſi exponis ei, ſ. fi

40 lio, intellige ex pupillari tacita. † Itẽ quæro an tacita vulgaris cõtẽta in pupillari expreſſa trahat ad bona pupilli. Dy. q ſic. & eſt casus ſm vnã lec. j. ad l. Fal. l. qui fundũ. §. cohæres. Contrariũ tenet gl. C. de inſti. & ſubſt. l. fi. d. Ray. dicit, aut eſt ſubſtitutus cohæres: & habet locũ dictũ Dy. Aut alius: & habet locũ dictũ gl. Truffa eſt: quare dico q eo tpe, quo ſe abſtinet pupillus, ſuccedit ex tacita vulgari: ſed eo tpe quo morit, ſuccedit ex expreſſa pupillari: vt ſ. dixi in ,pxi. q. Nunq; enim reperit q p vulgarẽ ſuccedit pupillo. & ſi cõtingeret q ſimul & ſemel decederet pupillus, & etiã pater, per qd excluderet à bonis paternis: dicerẽ ſubſtitutũ venire ex pupillari ad bona pupilli: ex vulgari ad bona pris: nã illa ſubſtõ cõtinet vtrũq; caſũ copulatiuè, vt ſiue veniat vterq; casus, ſiue alter ſufficiat: vt j. e. l. iã hoc iure. Nõ obſt. §. cohæres. qa teneo alias lect. ibi

f poſitas, vel intellige ſm prædicta. Vlterius[f] quæro vtrũ tici-

41 ta vulgaris habet † locũ, qñ mater eſt in medio. Gl. q ſic: qa p eam nõ ſuccedit pupillo, ſed defuncto: vt not. in l. fi. C. de inſt. & ſubſti. Et hoc puto verũ de mr̃e pupilli: ſed ſi viueret mr̃ teſtatoris, tũc tacita vulgaris nõ haberet locũ cõtra matrẽ teſtõris, eadẽ rõne qua tacita pupillaris cõtra matrẽ pupilli nõ ad-

42 mittit. Quartò † quæro, vtrũ p aditionẽ quæ fit ex tacita vulgari cõfirmet expreſſa pupillaris, dicã j. e. l. ,pxi. Quintò quę

43 ro † qd de vulgari partim expreſſa, partim tacita, an admittat g cõtra matrẽ in casum tacitũ. Dico[g] q eſt casus q nõ, in l. fin. C.

☞ de inſti. & ſubſti. Intelligo aliter q̃ gl. intelligat. & aduerte q eſt verus intellectus. Nã dicere primò q ibi eſt casus q tacita pupillaris nõ admittat contra matrẽ, non eſt bene dictũ: nam hoc eſſe verũ eſt iuris certi & aperti: vt l. precibus. C. e. ti. ſed in d. l. vlt. dicitur q de illo caſu nõ erat cõtẽtio inter Vlpianũ & Papinianũ: ergo nõ eſt dicẽdũ q ipſi dubitaſſent de eo qd eſt

h ius apertũ & clarum: quare pono[h] ibi casum aliter, ſ. q teſtator inſtituit vxorẽ ex parte, & ventrẽ ex parte: & vẽtri, ſi non naſceretur, ſubſtituit quẽdam vulgariter: & ſic expreſsit vnũ casum. Cõtigit q poſthumus natus deceſsit hęreditate nõ adita, nec exiſtẽtia ſui hæredis ibi operatur aditionẽ: quia habet cohęredẽ extraneũ: vt l. apud Iulianũ. §. idẽ Iulian?. j. ad Tre. quærit vtrũ ſubſtitutus admittatur ex ſubſtitutione vulgari tacita in hũc casum, an mater. Et ibi rñdetur: quia licet ibi tractetur de ſucceſsione viri: tñ mater excludit ſubſtitutũ ex præſumpta volũtate defuncti: quia ipſam matrẽ inſtituit pro parte: & quia teſtator plus diligit matrem propter filios: vt l. cùm quis. C. de na. lib. & ideo eſt veriſimile q velit hæreditatem luctuoſam ipſius defuncti ad eã pertinere, & ſubſtitutũ excludi, niſi

¶ Vlterius. Adde q cum Bar. hic tranſit Ang. in d. l. fi. ſæpius alle. I. mol. in c. Raynutius. i materia vulgaris. Alij verò de his mentionem non faciunt.

✠ POMATES.

¶ Dico. Vide Alex. I. apud Iuliani. i ij. no. in ij. col. ff. ad tre.

☞ Intellectus ad d. l. fi. C. de inſti. & ſubſtit.

¶ Quare pono. Adde q iſte intellectus nõ videt bonus: quia innuit q datio cohęredis extranei tollit exiſtentiam ſuitatis contra casum i. iij. C. de iur. deli. vbi idem Bart. cõtrariũ tenet: & l. fi filius q patri. nõ obſtat quia tunc illa lex eſſet ſupflua nã in l. precibus. fuit datus cohæres pupillo. ſecus in d. l. fi. quo casu erat magnum dubium.

✠ POMATES.

¶ Vno adeunte. Limita vt p Bal. in c. ſi pater. in xvj. col. ver. quęro vnũ pro declaratione. de teſt. li. vj. vt non procedat qñ eſſet ſubſtituta pia cauſa, vel pauperes Chriſti.

¶ Quæro. Adde dũ Bar. dicit q l. qui habebat. nihil facit ,p opi. Dy. voluit moueri Bar. qa cũ ibi facta fuerit pupillaris filiæ nedũ cũ ad pubertatẽ peruenerit filia, expirat pupillaris per l. in pupillari. j. eo. verũ etiã de vulgari tacita erat aliquo modo tractãdũ: quia ibi fuerat filia exhæredata. Nec obſtat q ibi ſit reſpectu filij impuberis inſtituti, cui facta erat pupillaris expreſſa, debet tacitã vulgarem cõtinere: quia adhuc non fecit ille tex. per Dy. quia ibi impubes adiuit: & ſic vulgaris expirat. et licet Bar. in d. l. qui habebat. videat ſentire q illa lex probet opin. Dy. tũ ſecundũ Moder. ibi nõ ,pbat. diffi cilis tamẽ eſt illa lex.

niſi mater prior decedat: qa tũc admittit ſubſtitut?. Et hic eſt caſus ſingularis in l. illa. Aliàs autẽ tacita vulgaris admittitur cõtra matrẽ impuberis: qa de ei? impuberis ſucceſsiõe tractat,

44 vt dixi ſ. proxi. q̃õ. Quæro † an pallegata veniãt in vulgari ſubſtitutione. De hoc dic vt l. q filiabus. §. fi. cũ l. ſeq. de leg. j. & l. miles. §. ,p parte. de le. ij. & in qualibet ipſarũ dixi. Quin-

45 tus effect? † eſt q vulgaris ſubſtitutio facit de ſuo volũtariũ: vt l. ſi filius hæres. ſ. de li. & poſthu. Dic vt ibi dixi, & l. ſi filj?

46 q patri. j. eo. Expediti ſumus de iiij. q. prin. Quęro † quintò q̃ impediãt: & q̃ extinguãt effectũ vulgaris ſubſtitutionis Lex dicit q poſt aditã hæreditatẽ extinguit vulgaris ſubſtitutio: vt l. poſt aditã. C. e. Nec obſtat. C. e. de fideicõ. auẽ. hoc ampli?. & ibi no. C. e. l. poſt aditã. & p Azo in ſumma, eo. ti. §. expirat.

47 Sed circa † hoc inſurgũt dubia. Primò, qd ſi feci tres vel quatuor gradus ſubſtitutionũ an oẽs expirẽt per aditionẽ primi?

48 Certè ſic: vt ſ. ti. j. l. cũ in teſtõ. & j. eo. l. ſi mater. §. fi. Itẽ † quęro, vtrũ aditiõe vni? ex hæredib? extinguat ſubſtitutio facta oĩbus? Breuiter dico ſic: Aut ſubſtitutio fuit facta pluriḃ? copulatiuè vel cõiunctim: aut inſtituit duos Titiũ & Seiũ, & dicit: Si Titius & Seius hæredes nõ erunt, talẽ ſubſtituo. vel dixit: Si neq; Titi? neq; Seius, &c. vel ſi p dicti, &c. tũc vno adeũte extinguit ſubſtitutio: qa ei? ſubſtitutionis cõditio deficit, cũ requirat neutrũ hæredẽ eſſe, vt j. eod. l. qdã teſtõ. & C. eo. l. q̃uis. Si verò fuerit facta ſubſtitutio ſeparatim: tũc vno adeũ-

a te[a] expirat ſubſtitutio quo ad ſeipſum, non quo ad alios non adeuntes: vt ſ. de iniuſt. teſta. l. pe. & j. eo. l. ex duoḃ?. §. filiũ. & l. cũ ex filio. §. fi. & l. cohæredi. §. cohæres. Ad hoc faciũt oĩa iura q̃ dicũt ſubſtitutũ p̃ferri cõiuncto: vt C. de cad. tol. §. ,p ſecũ do. & j. de ſecũ. tabu. l. æquiſsimũ. §. ſi duo. & C. de fideicõ. auẽ.

49 hoc ampli?. & no. in l. q patri. j. de acq. hære. † Itẽ dubitat qd ſi adiuit hæres, & aduerſus aditionẽ reſtitut? eſt, vt abſtineat, an admittat ſubſtitut? vulgariter? Certè ſic, vt l. et ſi ſine. §. ſed qd Papinia. ſ. de mino. & l. ex cõtractu. j. de re iud. & j. eo. l. ij. §. interdũ. ſcdm vnã lec. & no. C. e. l. poſt aditã. Et hoc casu, an ſubſtitutus adeat de iure ciuili, an verò habeat petere p ſcdm tabulas. qd vr̃: quia cũ primus nõ erit iure ciuili, vt d. §. ſed qd

50 Papinian?. & l. ei q ſoluẽdo. ſ. ti. j. ali? eo iure hęres eſſe nõ poteſt: vt l. qd cõtra. §. vni. j. de re iudi. & l. hæreditate. §. pater. j. de caſtr. pec. Et hoc videtur ſequi Vltramõtani, & Cy. ſequẽdo eos. C. vñ lib. l. q ſe patris. et vr̃ casus in l. ij. §. interdũ. i fi. j. e. ibi, vt p̃tor vtiles actiones, &c. ſcdm vnã lec. Veritas eſt q põt de iure p̃torio: vt ibi. Itẽ etiã de iure ciuili: vt l. j. §. ſi qs adita. j. ad Tertu. vbi eſt casus. & no. de ſuc. edic. l. fi. Nec obſtat q ali? remanet de iure ciuili: qa eſt verũ directè: ſed ſubſtitutus erit hæres vtiliter. Simile in eo, cui hæreditas reſtituit per Trebel.

50 & hęc pluries dixi. Dubitat etiã an † exiſtẽtia ſui heredis impediat ſubſtitutũ vulgarẽ. Breuiter dic, aut ſubſtitutio eſt facta ex neceſsitate, vt ex cõcilio Galli, vel legis Velleiæ: & tũc exiſtẽtia ſui hæredis excludit ſubſtitutũ. Nã facta eſt ſubſtitutio ſub cõditiõe ſi ſuus hęres eſſe deſinat: vt d. l. Gall?. i prin. & hoc ſentit gl. j. eo. l. ſi mater. §. j. Facit qd dixi ſ. circa ſcdm effectũ. ver. vlteri? quæro qd ſi inſtitut?. Si verò vulgaris ſubſtitutio eſt facta voluntariè: tũc ſi qdẽ eſt vulgaris expſſa, exiſtẽtia ſui hæredis non põt habere locũ: vt l. ſi filius hæres. ſ. de lib. & poſth. & ibi dixi, & dicã j. eo. l. ſi filj? q patri. Si verò loqueris de vulgari tacita, dico q eã nõ extinguit exiſtẽtia ſui heredis. qd patet: qa exiſtẽtia ſui hæredis cõfirmat tabulas pupillares, in q̃bus cõſtat q cõtinet tacita vulgaris: vt l. ſi filj? q patri. j. e. & de acq. hære. l. filius & l. Iulia. aliàs ſi pupill?. tũc dico q nõ impedit illa tacita vulgaris p leges allegatas ſ. & p ea q̃ dixi

51 ſ. proxi. q. † Vlteri? q̃ro, qd ſi filj? nõ põt adire de iure ciuili, ſed ſolũ de iure p̃torio: in caſib? no. in l. fi. C. vñ legi. Vel pone: filius fuit in primo gradu p̃terit?, & ſcdo exhæredat?: approbauit primũ gradũ, ita q ex eo põt petere ſcdm tab. vt l. filio. ſ. de iniuſt. teſt. an ſubſtitut? admittat, q venit de iure ciuili? Videt q ſic, ſicut inſtitutus in ſcdo teſtõ, qd eſt validũ tm de iure p̃torio, nõ admittit ſi præcedit aliud teſtm validũ de iure ciuili: vt l. cũ in ſecũdo. ſ. de iniuſ. teſt. & j. eo. l. ſi qs eũ. §. j. ita & hic p̃fertur ſubſtitut?, q põt venire de iure ciuili. ecõtra videtur q præferatur inſtitutus. Nam ſubſtitutio fuit concepta in caſu, ſi hæres nõ erit: ſed hæredis appellatione cõtinet bonorũ poſſeſſor, vt j. ad Treb. l. j. §. bonorũ. & l. hæreditatis. j. de verbo.

ſigni. Sol. Dico, qñq; ius petẽdæ bonorũ a poſſeſsionis incipit habere originẽ viuo teſtatore: hoc eſt, q teſtamentũ viuo teſtatore de iure prætorio valebat: vt qñ cõditio turpis remittit à prætore, vt l. facta. §. ſi ſub cõditione. j. ad Treb. & in poſthumo, qui morit viuo teſtatore: vt l. poſthumus. in prin. de iniuſt. teſt. tunc inſtitutus præfert ſubſtituto: argu. j. de cõdi. & demon. l. in cõditionibus. §. ſi patronus. vbi videt casus q conditio, ſi patronus hæres nõ erit, deficit patrono venictẽ per cõtra tabu. & ſic de iure prætorio. Præterea, ſi ille qui venit p cõtratab. præfert ei q põt adire de iure ciuili: vt j. de cõtrata. per totum. multò magis iſte, q habet ſcdm tab. cum iſte veniat ex volũtate defuncti: ille cõtra volũtatẽ. Si autẽ ius petẽdæ bonorum poſſeſsionis incipit habere originẽ poſt mortẽ teſtatoris, vt filio pręterito approbãte teſtamentũ: tũc dicerẽ ſubſtitutum præferẽdũ, per d. l. cũ in ſecũdo. cum gl. ſua. quã intelligo ſolũ eo caſu, cũ filius poſt mortẽ approbat teſtamentũ: vt patet ex lege quã glo. allegat. Ratio: qa approbatio talis non poteſt tollere ius quæſitũ ſubſtituto tpe mortis: & qa illud tẽpus inſpicitur: vt l. ſi alienũ. §. in extraneis. ſ. tit. j. Nõ obſtat quod no. in l. ſi qs eũ. §. j. j. eo.

52 qa eſt falſa, vt ibi dixi. † Quæro qd ſi is q põt venire de iure ciuili, vult venire ſecundũ tabu. an repellat ſubſtitut? Certè

53 casus eſt q ſic. C. de iure delib. l. puberẽ. Itẽ, † q̃ro qd ſi hęres inſtitut? repudiauit bonorũ poſſeſsionẽ ſcdm tab. & tũc vult venire de iure ciuili: ſubſtitut? verò dicit, q ſibi fecit locũ repudiãdo. qd iuris? Gl. in l. ſuũ hæredẽ. C. de iure deliberãdi. vr̃ dicere ſubſtitutũ admitti: ſed doc. reprehẽdũt ibi illã gl. dic vt

54 ibi p eos. Quęro † qd ſi inſtitut? noluit parere cõditioni, ſub qua eſt inſtitut?. Certè tũc nõ eſt dubiũ q ſubſtitut? admittit:

b vt l. ij. C. de inſti. & ſubſti. Vlteri? q̃ro, [b] qd ſi pater † emãcipa

55 uit filiũ cui fecit ſubſtõnẽ pupillarẽ: an tacita vulgaris in ea cõtẽta extinguat. Gul. q ſic in l. cohæredi. §. cũ filiç. j. e. Sed certè ibi de vulgari nil dicit. do. Ray. idẽ: qa illa cõditio, ſi in ptãte tpe mortis pmãſerit, q̃ eſt in pupillari, ſicut vitiat pupillarẽ, ita ,pter ei? defectũ vitiat etiã tacita vulgaris: arg. j. de cõdi. & demon. l. mulieri & Titio. Itẽ, qa circa vtrunq; dicit? vniformiter operari: vt l. ſi legatari?. i fi. j. de le. iij. Ego credo hoc eſſe verũ: qa ex quo pupillarẽ ſuã ſpõte annullauit, imputet ſibi cur circa vulgarẽ ſibi nõ ,puidit: vt l. tractabat. ſ. de teſt. mi. Ad qd facit qd dixi ſ. circa ſcdm effectũ. Ad idẽ j. de adi. leg. i. rẽ legatã. & l. ſi ſeruo cũ libertate. & ſ. quẽ ad. ſer. ami. l. ſi ,ttillicidij. licet ſit ar. cõtra. ſ. de ſer. vrb. p̃dio. l. ſi domus. ſed ibi vtraq; ſeruit? erat p ſe expſsè cõfirmata: hic vna ſubſtõ erat expſſa, alia ſubintellecta à iure ex pſumpta volũtate defũcti: q̃ pſumptio ceſſat qñ emãcipat & in vulgarẽ nõ ,puidit, vt ſ. dixi. Quęro

56 † qd ſi ille, cui eſt facta pupillaris expſſa, efficit pubes, an extinguat tacita vulgaris, ſicut expſſa pupillaris: Gl. j. eo. l. lex Cornelia. in fi. in gl. ſup verbo, ad agnatũ. tenet q nõ extinguatur. Dy. Iac. de Are. Gul. de Cu. & do. Ray. cõtra p l. q habebat. j. eo. ſed illa nil facit. Itẽ p l. ſi fundũ p fideicõmiſſum. §. fi. & l. ſe. j. de leg. j. ſed certe ſi rõnẽ illius legis cõſideras nil facit: qa ibi ideo qa poſt tpa pubertatis legitimi nõ habẽt ex diſpõne defuncti: qa ſi voluiſſet teſtator, nõ potuiſſet ,puidere ĩ bonis pupilli: ſed hic ſi voluiſſet vulgariter ſubſtituere, potuiſſet. Et hãc opi. videt tenere gl. Inſti. eo. in gl. magna. ſed illud põt referri ad pupillarẽ tm. Mihi vr̃ ſic dicẽdũ. Aut fuit facta pupillaris cũ limitatione certi tpis, vt ſi intra pupillarem ætatẽ, &c. tũc expirat vtraq; ſ. pupillaris & tacita vulgaris. Quod apparet: qa volũtas defuncti fuit nõ prouidẽdi vltra illud tps: vt j. eo. l. ſi ita quis. & l. ſed ſi plures. in prin. & hoc casu loquit Dy. & alij. Aut fuit facta ſine tpis præfinitione, vt qa dixit qſquis mihi hæres erit, filio meo hæres eſto. Vel fuit facta in tps lon-

a ¶ Vel extraneo. Vide Bal. conſi.cxl.li.j. & cõſi. cxiiij. lib. iij.
b ¶ Gloſſ. quæ eſt hic. Imò per gl. ſuperiorem poſſet dici contrariũ. Nam dicit q̃ filio præterito nil valebat in teſtõ, etiam ſecũdm hanc legem. ergo præſupponit q̃ ſecundùm ius Authenticorum ſubſtõ non confirmaẽ. Rñ. q̃ gl. non loquitur de pupillari ſubſtitutione ſed tantùm de teſtõ. & nota q̃ ſi nulla præceſsit inſtõ non confirmatur. ſecus ſi præceſsit licet inualida. Non obſtat quia tũc inualidũ operaret: quia ſi cõgruit legi bene põt. Itẽ non obſtat ſi dicatur vulgaris tacita non confirmaẽ per auẽ. ex cã. ſed in pupillari ineſt: ergo &c. Rñde quòd illa vulgaris quæ ex parte defuncti: ſecus de illa q̃ ex pte pupilaris. Andre. Barba.
b ✠ POMATES. ¶ Glo. quę eſt. Vide Alexan. conſil. xlvij. in vltim. dubio, in ij. vol. incipi. habunde.
c ¶ Conſeruatur. Adde eſſe intelligẽdum vbi aliq̃ filij eſt præteritq̃: qũo ille cui facta eſt ſubſtõ. Et cũ hac gl. trãſeunt Iac. de Aret. & Old. in d. auẽ. ex cã. Ray. Bal. Imo. Pau. de Ca. hic Ang. & Fulg. in auẽ. ex cã. Bal. et Ang. in l. Papinianus. §. ſed nec impuberis. ſ. d̃ in offic. teſta. vbi refert ita conſuluiſſe Imo. in l. filio. de iniuſ. teſ. & Bartol. conſi. inci. ex facto propoſito. de quo per Ang. conſi. xl. & xcix. & ccxj. vide etiam per Bald. conſi. cxiij. iij. vol. & per Ro. conſil. clxxxj. & latè quæ poſui in auẽ. ex cauſa.
d ¶ Vt dixi. Vide quæ poſui in auẽ. ex cã. in verſ. quicqd. de ſubſ.
e ¶ Quero ã filio. Adde q̃ etiam filius põt grauari in legitima, ſi pater promittat alicui omnia bona ſua poſt mortem ex titulo oneroſo. Nam legitima debeẽ poſt æs alienum: ſed oſa bona patris tũc ſunt æs alienum: ergo filij legitima priuantur. quod eſt not. dignum. Bar. in l. hæreditarium. ff. de bo. authori. iudic. poſſ. Andræ. Barba.
f ¶ In legitima. Vide Bald. conſil. clv. lib. iij. ſed quid ſi legitima ſit aucta per ſtatutum, an in illo augmento poterit grauari, vide Calde. conſil. xxxij. de teſtam.

gius, vt ſi filius me⁹ deceſſerit intra xxv. annos talis hæres eſto: tũc licet finiatur pupillaris adueniente pubertate, vt l. in pupillari, & l. cẽturio, j. eo. tñ durabit vulgaris: arg. l. fi. C. de hęre. inſti. & qa apparet q̃ volũtas defuncti fuit hæc. Pro hoc: qa ſi ab initio fuit pupillaris ſubſtitutio
a facta maiori vel extraneo, [a] cõtineẽ vulga
57 ris, vt j. dicã. Quero † ergo, qd ſi fiat pupillaris maiori vel extraneo, an cõtineat tacitã vulgarem? Gul. q̃ ſic: qa vitiato expreſſo nõ vitiaẽ tacitũ: vt l. j. §. j. ſ. qb. mo. pig. vel hypo. ſol. & qa pctm̃ eſt in materia: ergo valet vt valere põt: vt l. ſi vni⁹ §. ſi acceptilatio. ſ. de pac. & qd̃ no. i l. an inutilis. de accep. d. Ray. cõtra, per gl. inſti. eo. §. extraneo. Sed certè iſta gl. eſt falſa: & ipſe idẽ reprehendit in materia cõpendioſæ, vt ibi dicem⁹. Tene ergo dict. Gul. per l. ſi fideiuſſor. j. de le. j. & per l. ſi. C. de hær. inſt. & ibi eſt caſus. Nã illa verba, Sẽ pronius Plotij hæres eſto, ſunt verba pupillaris expreſſę: quia aliũ ibi nõ facit hr̃dẽ & tñ lex reſoluit in tacitã vul. & iſta ſunt circa materiã vulgaris tacitę et expreſſę.

☞ Exhæredato quando poſſit ſubſtituti.
Authentic. ex cauſa. quòd non habeat locum in teſtamẽto, in quo nulla eſt facta inſtitutio.
Subſtitutio pupillaris conſeruatur per authen. ex cauſa.
Datio tutelæ conſeruatur per authentic. ex cauſa.
Subſtitutio fideicommiſſaria an conſeruetur per dictam authenticam. remiſſiuè.
Filio q̃ũ poſſit ſubſtitui per fideicommiſſum in legitima.

Subſtituere. Hic Iuriſcõſult⁹ incipit tractare materiã pupillaris ſubſtõnis. Et diuidit iſte §. in tres partes. Primò dicit cui poteſt fieri ſubſtitutio pupillaris. Secũdò quis poteſt ſubſtituere pupillariter. Tertiò qualiter debeat fieri ſubſtõ pupillaris. Secũda ibi: & tã eũ. Tertia ibi: ſubſtituere. Examinemus iſtũ §. & opp. † & vr̃ q̃ exhęreda
1 to nõ poſſumus ſubſtituere: vt j. eo. l. cohæredi. §. cũ filiæ. Dicit gl. hic in ſubſtitutiõe directa: ibi in fideicõmiſſaria. Rõ: qa per directã quis efficit hæres pupillo: & ſic eſt prouiſio: quia decedit teſtatus: vt j. eo. l. prox. et Inſti. eo. §. igit. ſed in fideicõmiſſaria videẽ grauari à patre: qa ab ipſo patre videẽ relictum: vt l. vnũ ex familia. j. de le. ij. Cum ergo ſit onus, nõ põt ei ím poni, cui nihil relinquit, ſecũdùm Dy. & bene. Scd̃ò opp. j. l. prox. §. quiſquis. & l. miles ita. in fi. de teſta. mi. Sol. fallit in milite. Tertiò opp. ſ. tit. j. l. fi. Sol. ibi ſpãlę. Vlteri⁹ opp. de lib. prętę. auẽ. ex cã. ſumpta ex corpore, vt cũ deapp. co. §. ſi tales igit. vbi teſtm̃ valet, licet nõ valeat inſtitutio: qd̃ eſt cõtra iſtũ tex. gl. q̃ eſt[b] hic huius timore dicit q̃ ibi loquit q̃ũ, ꝓpter ſolã præteritionẽ teſtm̃ eſt nullũ: ſed hic q̃ũ ſubſtituit ſine inſtõne. notetis iſtã glo. † Vult igit iſta gl. q̃ auẽ. ex cã. nõ habeat locũ q̃ũ qs fecit teſtm̃ nemĩe hr̃de iſtituto. Sec⁹ ſi inſtituit aliquẽ hæredẽ & filiũ ꝓterijt: qd̃ no. vt dicit gl. quia illud eſt ius nouũ, hoc vetus, quaſi dicat, in caſu illius auẽ. corrigit iſta lex. qd̃ no. & ſic ſcd̃m vtrã q̃ ſol. †
3 glo. iſta tenet q̃ pupillaris ſubſtitutio cõſeruaẽ per auẽ. ex cauſa. quæ dicit, cętera nam q̃ firma permanent. Dy. contradicẽs q̃ illa auẽ. loquitur tãtum in his quæ ſine inſtitutione hæredis valere poſſunt, vt legata & fideicõmiſſa, quæ poſſunt ab inteſtato relinqui: quod nõ eſt in pupillari ſubſtitutiõe, vt hic. & j. l. pxi. Ita dicit Dy.
c Alij verò reprobãt Dy. q̃ etiã tutelæ datio cõſeruaẽ[c], vt not. in l. iure noſtro. §. fi. ſ. de teſt. tu. & tñ in codillis nõ poſſunt dari tutelæ niſi codicilli ſint cõfirmati teſtamẽto: vt C. de teſt. tu. l. ij. Cy. in auẽ. ex cauſa. hoc relinquit ſub dubio. Teneo glo. hic poſitã: quia tex. in corpore vnde ſumit, expreſsè dicit q̃ tutelæ remanẽt firmę: quia eſt fauor filij. Ita eſt fauor in hac ſubſtitutione. Præterea, edictũ ſi quis omiſſa cauſa teſtamẽti, cõfirmat tabulas pupillares, vt j. l. pxi. §. planè. eadẽ rõne cõfirmenẽ per auẽ. ex cauſa. Præterea tex. in auẽ. ex cã. & in corpore vnde ſumit, dicit, cętera firma permanẽt. Sed appellatione cęterorũ cõtinent tabulæ pupillares, vt j. eo. l. qui plures liberos. §. fi. & l. nã quod. §. ſi quis cõpulſus. ad Treb. & ibi eſt caſus. & hoc tenẽt Iac. de Aret. & Old. & oẽs. De ſubſtitutione
d verò fideicõmiſſaria an conſeruet per auẽ. ex cã. dic vt dixi[d]
e j. ad Tre. l. ita tñ. §. quoties. Quæro an poſſit ſubſtituí filio[e] præterito. Gl. hic dicit q̃ nõ. Iac. de Aret. dicit verũ, niſi filius præteritus approbet teſtamentũ, per l. filio præterito. de iniu. teſt. & dicã j. l. proxi. Quæro † an filio poſſit ſubſtituí in le
4 f gitima[f] per fideicõmiſſum. Gl. q̃ nõ. C. de inof. teſt. l. quoniam in prioribus. Cõtrarium no. in l. ex tribus. co. ti. & ibi Cyn. recitat cõſiliũ Dy. quod quidã ponũt ſuper illa lege. Dic breuiter, aut tale fideicõmiſſum iniũgit filio: & nõ tenet: vt l. cũ patronus. j. de leg. ij. & j. eo. l. cohæredi. §. cũ filiæ. Aut tale fideicõmiſſum iniungitur veniẽtibus ab inteſtato, & ſuccedẽtibus ipſi pupillo: et valet: vt j. de leg. j. l. ſi fundũ per fideicõmiſſum. §. fi. aliàs eſt l. ſi Titio. Rõ, quia venientes ab inteſtato non habent ex neceſsitate: quia poterat teſtator ſubſtituere aliũ pupillariter, & eos priuare: ſed ipſe filius habet ex neceſsitate. Ita conſuluit Dy. Et ſic ſumus expediti de iſto §.

1 ☞ Pupillaris ſubſtitutio quo iure introducta ſit.
Ius conſuetudinarium licet in ſcriptis redigatur, conſuetudinarium dicitur.
Scriptura non inducit, ſed inductum probat.
2 Requiſita, ut habeat locum ſubſtitutio pupillaris.
3 Subſtitutio pupillaris, quibus liberis fiat.
4 Pupillaris ſubſtitutio facta extraneo, an trahatur ad fideicommiſſum remiſsiuè.
5 Stante ſtatuto quòd minor xxv. annis non poſſit teſtari, pater tali filio non poteſt pupillariter ſubſtituere, & an exemplariè, remiſsiuè.
6 Subſtitutio pupillaris facta puberi, an trahatur ad fideicommiſſum, remiſsiuè.
7 Filio emancipato non poteſt pupillariter ſubſtituí in ſucceſsione ex teſtamento.
Differentia patriæ poteſtatis & emancipationis non eſt ſublata.
8 Quo tempore requiratur illum eſſe in poteſtate, cui fit ſubſtitutio pupillaris.
9 Subſtitutio pupillaris facta ab extraneo quando mutetur in vulgarem.
10 Subſtitutio facta filio naturali q̃ ualeat ſi legitimatur poſt mortẽ patris p principẽ.
Legitimatio facta de naturali per principem retrotrahitur.
Filius poteſt legitimari poſt mortem patris.
11 Subſtitutio pupillaris facta non exiſtenti in poteſtate an trahatur ad fideicommiſſariam, remiſsiuè.
12 Ratio quare requiratur q̃ ille, cui eſt facta ſubſtitutio pupillaris efficiatur ſui iuris poſt mortem patris.
13 Impuberi militi in alterius poteſtate recaſuro non poteſt ſubſtituí pupillariter, niſi teſtator eſſet miles. Impubes poteſt eſſe miles.
14 Subſtitutio pupillaris an uitietur, ſi ille, cui eſt facta, deſierit eſſe in poteſtate ante mortem teſtatoris.
15 Subſtitutio pupill. q̃ non extinguatur q̃ũ pupillus exijt poteſtatẽ patris p dignitatẽ.
16 Si pupillaris ſubſt. euaneſcat p emãcipationẽ, iura fideicommiſſi nõ remanent firma.
17 Quando filius liberatur à patria poteſtate per ingreſſum religionis, an extinguatur pupillaris, remiſsiuè.
18 Subſtitutio pupillaris facta à patre in teſtamento minus ſolenni, ualet quando alter filius eſt ſubſtitutus: ſecus ſi extraneus.
19 Impuberi exhæredato poteſt pupillariter ſubſtituí.
Impubes doli capax poteſt exhæredari.
20 Filio præterito qui non rumperet teſtamẽtum concurrẽtibus alijs requiſitis in ſubſtitutione pupillari, poteſt pupillariter ſubſtituí.
21 Filio præterito approbante teſtamentum, ſubſtitutio pupillaris ei facta tenet.
22 Dicta §. de filio exhæredato an habeat locũ ſiue bona ſiue mala mẽte ſit exhæredatus.
23 Pater qui eſt turpis perſona quòd poſſit ſubſtituere filio pupillo.
24 Aditio hæreditatis an requiratur ut ualeat ſubſtitutio pupillaris.
25 Ex aditione facta ex tacita uulgari confirmantur tabulæ pupillares.
26 Subſtitutio pupillaris duplex. Pupillaris ſubſtitutio quibus uerbis fiat. & nu. 27.
28 Si teſtõr dixit, ſi filius meus hæres erit, & intra pupillarẽ ætatem deceſſerit, talis ſit ſubſtitutus, q̃ ſi abſtinuit, et deceſſit intra pup. ætatẽ, q̃ ſubſtitutus admittit ex pup.
29 Primus effectus pupillaris ſubſtitutionis eſt, quòd contineat tacitam uulgarem.
Secundus effectus eſt quòd per eam ſucceditur pupillo.
30 Subſtitutio pupillaris an trahatur ad omnia bona impuberis.
31 Tertius effectus pupillaris eſt, q̃ expreſſa excludit matrẽ et alios aſcẽdẽtes præteritos

Tertia

32 Tertia pupillaris quando excludat matrem.
33 Subſtitutio pupillaris partim tacita, & partim expreſſa quando excludat matrem.
34 Si auus fecit ſubſtitutionem uulgarem nepoti in poteſtate retento ex filio emancipato: an tacita pupillaris excludat illum patrem emancipatum.
35 Tacita pupillaris an excludat auiam.
36 Tacita pupillaris an excludat fratrem pupillæ.
37 Ex pluribus rationibus ſufficit unam ſubeſſe.
38 Tacita pupillaris excludit matrem quando probatur teſtatorem ita uoluiſſe.
39 Quot teſtes requirantur ad probandum uoluntatẽ defuncti quòd teſtator uoluit matrem excludi per tacitam pupillarem.
Voluntas declaratoria teſtatoris probatur per duos teſtes.
40 Ex quibus præſumatur quòd uoluntas defuncti fuerit quòd mater excludatur per tacitam pupillarem, ubi quòd ex quatuor cauſis.
41 Si teſtator reliquit aliquid matri pupilli, & iuſſit eam eſſe contentam, & quòd plus non poſſit petere de bonis ſuis, an tunc mater excludatur ex tacita uoluntate teſtatoris à tacita pupillari.
42 Mater, cui fuit relictum à teſtatore donec uitam uidualem ſeruaueritiam ſicut per transitum ad ſecunda uota priuatur relicto, ita etiam excludatur à tacita pupillari.
43 Conditio perſonæ matris eſt ſufficiens cauſa excludendi à tacita pupillari.
44 Mater etiam excluditur per tacitam pupillarem ex conditione perſonæ ſubſtituti.
45 Mater defuncti ſubſtituta uulgariter pupillo, ex tacita pupillari excludit matrem pupilli.
46 Quintus effectus pupillaris ſubſtitutionis eſt quòd pater facit filium hæredem ſuum & neceſſarium quod eſt utile.
Quia talis exiſtentia ſui hæredis operatur tranſmiſsionem hæreditatis pupilli non aditæ.

LEX II.

a Moribus. [a] In hac lege Iuriſcõſultus dicit quo iure eſt introducta ſubſtitutio pupillaris, & quis poſſit ſubſtituere pupillariter, & quibus, & vſq̃ ad quod tẽpus, qualiter, & quãdo effectum habet pupillaris ſubſtitutio. Prima quatuor expediuntur permiſtim vſq̃ ad ver. quiſquis. quintũ vſq̃ ad verſi. adeo. ſextum vſquę ad verſi. interdũ. & tantũ de tex. legemus. Vide tex. ibi: ita enim. vbi nouus caſus ponitur: & dictam materiã pupillaris ſubſtitutionis per quęſtiones principales & acceſſorias examinabo. Primò quæro quo iure fuit introducta ſubſtitutio pupillaris. Secundò quot requiruntur vt locũ habeat. Tertiò quotuplex ſit. Quartò, quibus verbis fit. Quintò, quis ſit eius effectus. Sextò & vltimò, qualiter finiatur. Ex quibus verbis apparebit intellectus præſentis legis & gl. ipſius & to-
1 tius materiæ. Quæro primò † quo iure fuit introducta ſubſtitutio pupillaris. Tex. hic dicit, moribus. & idẽ inſti. eo. §. j. Gl. exponit, id eſt iure Lacedæmoniorum: vt Inſtit. de iure na. §. ex non ſcripto. hoc ideo dicit, ne fortè putares hoc eſſe de iure gentium: quia hoc eſſet cõtra l. obuenire. j. de verb. ſigni. & ſ. de teſta. l. iij. Fuit ergo à iure ciuili nõ ſcripto illius ciuitatis introducta. Sed cũ hodie ſit in ſcriptis redactũ, & à iure ciuili Romanorum approbatũ, poteſt dici de iure ciuili: ſicut j. de
b acqui. hære. l. morte. ſecundũ Dyn. Certè fateor[b] hoc iure eſſe introductũ, vt dixi; tamen adhuc deberet dici ius conſuetudinarium, licet ſit in ſcriptis redactum: quoniã ſcriptura nõ inducit: ſed quod prius erat in ſcriptura deducit, vt per eã probetur: vt l. cũ res. C. de proba. & ſ. de pig. l. cõtrahitur. l dem dicemus in vſibus feudorum: [c] quia adhuc cõſuetudines appellantur, licet ſint in ſcriptis redactæ. & hoc not. per Cy. in l. j. C.
2 de leg. Secũdò quæro quot requirãtur † vt habeat locũ hæc ſubſtitutio. Glo. ponit hinc quinq̃. ſed ex tex. colliguntur alia tria. & ſic ſunt octo. Primò q̃ ſit de liberis, vt hic dicit tex. liberis. Secundo, q̃ ſint impuberes, vt hic dicit text. impuberibus. Tertiò, q̃ ſint in poteſtate, vt in ver. quod ſic. Quartò, q̃ ſui iuris morte teſtatoris efficiantur, vt hic in ver. planè poſthumis. Quintò, q̃ non deſierit eſſe in poteſtate ante mortẽ teſtatoris: vt j. eo. l. cohæredi. §. cũ filiæ. ita dicit gl. Sextò, q̃ ſibi pater faciat teſtamentũ: vt ſ. l. proxi. in fi. in ver. quiſquis. Septimò, q̃ impubes ſit inſtitutus vel exhęredatus, vt hic in ver. ſed ſi eos. Octauò. quòd patris adeatur hæreditas, vt hic in verſi. adeo.
d Hæc omnia examinemus per ordinẽ. Dixi q̃ requiritur[d] q̃
3 ſit ex liberis. Quæro de quibus liberis. † Reſpon. Aut quæris de liberis legitimis & naturalibus: & poteſt ſubſtituí, vt hic, & inſtitu. eo. in prin. & C. eo. l. ſi teſtamẽto. cum ſi. Aut de legitimis tantũ: & idẽ: vt l. ſi arrogator. ſ. de adopt. & l. ſed ſi plures. §. in arrogato. j. eo, & hic in ver. ſed ſi extraneum, quod ta-

a ✠ P. P A V. P. ¶ Moribus. Circa hanc materiam vide Cepol. cautel. cxxx. & adde quod ſi fieret pupillo pupillaris ſubſtitutio ſub iſta conditione, ſi in pupillari ætate deceſſerit ſine liberis, licet videatur impeſonalis in pupillo, quia nõ poteſt habere filios, ideo videretur intelligẽdũ in pupillari ætate. j. ad. xxv. annũ. l. cũ filio. ff. de leg. iij. cõtrariũ tamẽ decidit Com. cõſil. cxxv. vide quæ ſcripſi in l. in pupillari ad fin. j. eod. & in l. centurio. ad Bart. in iiij. col. itẽ de materia pupillaris vide multa per Bal. in tract. ſubſtit. in ij. parte. Item an ſubſtitutus pupillaris, euenięte caſu ſubſtitutionis poſſint reuocari alienata per pupillum & tutorẽ, vide quæ ſcripſi ad Bar. in l. fi. §. finautẽ. C. communia de leg.
b ¶ Moribus. Certè fateor &c. Sic nota q̃ de eſſe conſuetudinis nõ requiritur q̃ redigatur in ſcriptis, vt hic per Bal. & Ang. Andr. Barba.
✠ POMATES. ¶ In vſibus feudorum. Quæ ſit vtilitas, an remaneat cõſuetudo, an verò aſſumat ſibi nomen iuris, poteſt intelligi p Bart. l. viros. C. de diuer. offic. libro. xij. & per Ange. Are. in fin. eo. in ij. colum.
c ¶ Dixi q̃ requiritur. Et aduerte: qa Ray. dicebat q̃ iſtud contrariũ loquitur in inſtitutionibus: hic in ſubſtitutionibus. ergo. Sed certè iſta reſponſio nõ reddit rationẽ diuerſitatis, licet faciat caſus diuerſos. Bal. verò dicebat q̃ cũ ſubſtitutio ſit conditionalis inſtitutio & regula Catoniana non habet locum in conditionali inſtitutiõe: ergo. Sed iſta reſponſio eſt contra. §. in extraneis. l. ſi alienũ. ſ. tit. j. vbi tria tẽpora inſpiciuntur in conditionali inſtitutione: nec valet regula Bart. quia ſi nõ valet diſpoſitio in expreſſo, nec debet valere in tacito. Tu reſponde q̃ aut quæriẽ de capacitate, aut incapacitate: & habet locum contrariũ. ſed vbi quęritur de alio, tunc ſufficit q̃ abſit tẽpore mortis: ex quo à principio actus nõ fuit omnino nullus: quia valuit vel legatum. Et vide Bart. in conſi. inci. And. cõdidit teſtamentum. & eſt in ordine libri mei. x. Quid ſi pater inſtituto filio ſubſtituit filijs filiorũ: qd operentur illa verba. Andr. Barba.
d ¶ In contrariũ. Adde quod idem tenet Nico. de Neap. hic & Raph. Cu. Imol. in c. Raynutius. Bal. in l. de quibus: in x. colũ. ſ. de legi. Bald. Inſtit. de vulgari ſubſtitutio. in princi.

men in filio adoptiuo hodie nõ procedit eo caſu, quo in poteſtatẽ nõ tranſit: vt Inſti. de adopt. §. j. & C. de adop. l. cũ in adoptiuis. & no. hic in glo. Aut quæris de filijs naturalibus tantũ, & eis nõ poteſt ſubſtituí pupillariter, cùm non ſint in poteſtate: vt Inſti. de pa. po. §. j. & text. j. eod. l. Iucius. & ibi no. Item habet locũ in liberis primi gradus & vlterioris natis & na-
4 ſciturís. vt hic text. † Quæro quid ſi fiat extraneo, an trahatur ad fideicõmiſſum. Dicã. j. eo. l. verbis. & hoc de primo. Se- b
cundò ergo quæro: dixi quòd requiritur
5 q̃ ſit impubes. quæro: pone † quòd ſtatuto ciuitatis cauetur quòd minor xxv. an. non poſſit teſtari: an pater huic filio poſſit pupillariter ſubſtituere? Videẽ quòd c
ſic: quia quãdo propter ætatẽ filius impe-
diebatur teſtari, pater poterat filio ſubſtí-
e tuere: ergo &c. Inſtit. eo. §. j. In cõtrariũ: [c]
quia quãdo aliter quàm propter pupilla-
rem ætatẽ filius impediebatur teſtari, pa-
ter nõ poterat filio ſubſtituere: vt j. eo. l.
ex facto. Ideo etiam fuit introducta ſub-
ſtitutio exemplaris: vt d. l. ex facto. & C.
eo. l. humanitatis. quæ tamẽ alia eſt à pu- d
pillari. Quid dicemus? Dico q̃ pater non
poteſt ei teſtari pupillariter. Nã in pupil-
lo eſt ratio deficientis ætatis: vt quia non
poteſt habere filios: ſed tamẽ minor xxv.
annis poterit habere filios: ideo magis
æquiparatur furioſo, cũ pupillo: meritò
ei nõ poteſt ſubſtituí pupillariter ex vir-
tute huius legis. Sed an ei poſſit ſubſtituí
exẽplariter per l. humanitatis. dico quòd
illud ſtatutũ, quod prohibet teſtari, indu-
cit quandã bonorum interdictionẽ ſpe-
cialem: quia interdicit teſtari: argu. j. de
caſtren. pec. l. ex caſtrenſi. circa princi. &
ideo reincidit in illã q. an prodigo, cui eſt
bonis interdictum, exẽplariter ſubſtituí
poſsit. quod dicã j. eo. l. ex facto. & quod
ibi determinabo. Itẽ intelligo eſſe deter-
6 minatum hic. † Quæro quid ſi fiat hæc
ſubſtitutio pupillaris puberi, an trahatur
ad fideicõmiſſum? Dicam j. eo. l. verbis ci
7 uilibus. Tertiò dixi, † quòd requiritur
quòd ſit in poteſtate. Quæro vtrũ hoc ſit
correctum per authẽ. de hær. quæ ab inte.
quæ dicit eſſe ſublatã differentiã emanci
pationis & patriæ poteſtatis. Omnes do-
cto. dicunt q̃ non: quia in ſucceſsione ex
teſtamento nil eſt immutandũ: vt no. in l.
Gallus. §. & qd ſi tantũ. ſ. de libe. & poſt-
hu. & de libe. prete. auẽ. ex cauſa. & de col
la. l. ſi emãcipati. cũ ſi. & ſicut mater olim
non poterat ſubſtituere pupillariter, vt j.
eo. l. ſi mater ita nec hodie. Ratio quia nõ
8 poteſt habere filiũ in poteſtate. † Quæ-
ro, quo tẽpore debet eſſe in poteſtate ille,
cui fit iſta ſubſtitutio? Reſpondeo, nõ re- e
quiritur q̃ ſit in poteſtate tẽpore facti te-
ſtamenti: ſed ſufficit q̃ ſit tẽpore mortis:
vt hac l. §. ſed ſi extraneum. Sed cõtra hoc
opponitur, q̃ requiritur habilitas tribus
temporibus: ſcilicet teſtamẽti, mortis, &
aditæ hæreditatis; vt l. ſi alienum. §. in

a ¶ Sed ſi ille. do. Fran. de Rãpo. dicit hic q̃ ſi aliq̃s inſtituit impuberẽ extraneũ, & poſt teſtũ adoptat: deinde ſubſtituit pupillariter ſubſtitut⁹ erat in ptãte ſubſtituẽtis. Sed iſta reſpõſio violat literã. itẽ, q̃a tũc nõ videt dubitationẽ aliquã cõtinere contra l. quod Labeo. ſ. ad Carbo. Andr. Barba.

b POMATES. ¶ Iſta gl. Vide & declara vt per Ang. In ſtit. eo. in iij. col. verſ. tertio querit. & iiij. col. ver. quartò q̃rit. Alex. in l. precibus in ij. col. in gloſ. in verbo, caſum. eo. titu.

c POMATES. ¶ Pupillaris. Adde videndũ Bald. conſi. cxl. lib. j. Cal. conſil. xj. de teſta.

d ¶ Hoc verum. Adde hoc verũ q̃ poterit ſubſtituere quo ad bona, q̃ cõferret ipſe auus miles, nõ trahe tur dicta ſubſtõ ad alia bõa. l. cùm filius de mili. teſta. & facit eo. ti. l. miles ita. §. exhæredato. Et per hoc dicit Ang. q̃ fili⁹ miles ſubſtituit filio ſup puoillariter: & ſi talis filius recaſurus ſit in ptãtem aui, tenebit ſubſtõ ſolum quo ad bõa teſtãtis, et nõ quo ad alia, per d. §. exhæredato. et ſic poterit eẽ caſus q̃ reperiret pupillus decedere, p̃ parte teſtatus & p̃ parte, inteſtat⁹: ſi fortè auus nullum aliũ dedit ſubſtitutũ et primò mortuus ſit frater ipſi⁹ filij cui facta eſt ſubſtõ: ſecũdò auus: & tertiò ipſe cui facta eſt ſubſtitutio. & hoc ꝓpter priuilegiũ militis teſtãtis. q̃d eſt not. dignũ.

e POMATES. ¶ Sed quæro. Vide Alexã. l. precibus. iij. col. verſi. quid aũt. C. eo. Soci. l. j. in iiij. quæſtione. ij. effectus, in ix. col. & ſeq. ſ. eod.

f ¶ Subſtitutus. Adde fortificãdo opi. Bar. vltra Alex. nã pater põt facere heredes neceſſarios filio, quos ipſe filius nõ poſſet. l. ſed ſi plures. §. quos poſſumus. ſ. eo. & pater iſta põt, q̃ concernunt ipſam ſucceſſionem, ratione cui⁹ ſubſtitutio pupillaris dicitur teſtamentum filij, fortius debet poſſe ſubſtituere in teſtamento minus ſolenni, cum hoc cõcernat ſimpliciter ordinationem, ratione cui⁹ dicitur teſtamẽtum patris: vt l. patris et filij. Item facit q̃a ſubſtitutio pupillaris eſt pars et ſequela teſtamenti paterni

a extraneis. ſ. tit. j. Sed ſi ille,[a] cui fit ſubſtitutio, nõ erat in ptãte tp̃e facti teſtamẽti, nõ valuit: ergo nec cõfirmatur: licet ſit in ptãte tp̃e mortis. Dicit gloſ. q̃ eſt verũ, q̃a requiruntur tria tp̃a quantũ ad capacitatem hęredis: ſed ſemper fuit hic capax, licet fiat de volũtario neceſſarius: vt ſ. tit. j. l. iij. §. fi. l. ta dicit glo. Videte. Iſta ſol. reſpicit perſonã impuberis inſtituti, cui⁹ inſtitutio ab initio valuit, ſed erat volũtarius, nũc propter aditionẽ efficit neceſſarius. Sed de perſona ſubſtituti, cuius ſubſtitutio ab initio nõ valuit, iſta glo.[b] nil videt dicere. Sed certè gl. habuit bonũ intellectũ. Nam talis ſubſtõ facta extraneo ab initio valuit vt vulgaris ſubſtõ: propter mutationẽ contingẽtem tp̃e mortis aſſumit aliã naturã, & valet vt pupillaris: & ſic immutatur q̃dã qualitas; ſicut in d. l. iij. §. fi. ſ. tit. j. mutatur qualitas: q̃a efficitur de volũtario neceſſarius. hoc vult dicere iſta gl. Sic ergo ſi poneres q̃ talis ſubſtõ ab initio nullo modo valeret poſt ea nõ cõfirmaret: vt d. §. in extraneis. & l. q̃ę ab initio. de reg. iu. † Nota ergo ex hac ſol. quia hic habes text. q̃ pupillaris ſubſtitutio facta extraneo mutatur invulgarẽ, q̃n ab initio valuit vt vulgaris: vt dixi de hoc. ſ. eod. l. j. in tractatu vulgaris ſubſtõnis. in vlt. q. † Item quęro quid ſi aliquis filius naturalis tantũ legitimatur poſt mortẽ patris per principẽ & Comitẽ habentẽ authoritatẽ, an valeat pupillaris ſubſtitutio ei facta? Dico q̃ ſic. q̃d probo: quia legitimat⁹ per principem nil differt à legitimo & naturali: & legitimatus videtur reſtitutus primis natalibus, vt in corpore, qui. mo. na. effi. fui. §. illud. & §. bella. & ibi expreſsè. h. d. Itẽ talis legitimatio ſeu reſtitutio facta natalib⁹, retro trahitur, ac ſi ſemper fuiſſet legitim⁹: vt j. de nat. reſti. l. fi. Dixi in l. Gall⁷. §. & q̃d ſi tãtũ. Sicut ergo filio poſt mortẽ patris & reuertẽte ab hoſtibus valet inſtõ ſibi facta, quia fingit retro fuiſſe in ptãte & in ciuitate, vt l. illa. §. j. ſ. tit. j. & j. eo. l. lex Cornelia. j. de capti. l. pater. §. fi. & l. ſequẽ. ita in ꝓpoſito. Quod aũt filij⁹ poſſit legitimari poſt mortẽ patris, eſt caſus in auk. itẽ ſine. C. de nat. lib. & in corpore vnde ſumit. †

c Quęro q̃d ſi pupillaris[c] fiat ei, q̃ nõ eſt in ptãte: an trahatur ad fideicõmiſſum? Dicam j. eo. l. verbis. Quartò requirit † q̃ efficiatur ſui iuris poſt mortẽ patris: ita q̃ in ptãtem alterius nõ incidat. quæro q̃ eſt ratio? Reſp. rõ eſt: q̃a pater põt facere teſtm̃ filio, qui ꝓpter ætatẽ teſtari nõ põt vt Inſti. eo. §. j. Sed hoc poſito q̃ non eſſet defectus ætatis: tũ teſtari nõ poſſet: q̃a reperit in ptãte alterius: & ideo in tali non poſſet quis facere teſtamẽtum. Idem dicerem ſi pupillus alia ratione eſſet inteſtabilis quam ratione ętatis: quia pater non poſſet ei facere teſtamentum. & hoc tangitur in vltim. princip. q̃æſti. Sed pone † quòd inſtituo militem impuberem in alterius poteſtatem recaſurum, an potero ei pupillariter ſubſtituere. Conſtat enim quòd impubes poteſt eſſe miles: vt lege fina. de teſtamen. mili. Et videtur q̃ ſic: quia ſolùm propter ætatis defectum impeditur teſtari. Nam miles etiam filiuſfam. teſtari poteſt de caſtrenſi peculio, &c. tamen credo q̃ non valeat talis ſubſtitutio: quia per hoc fieret iniuria ei, in cuius poteſtatẽ recaſurus eſt: quia auferret ei poteſtatem ſubſtituendi militi

d pupillariter. Hoc verum[d], niſi ipſe teſtator eſſet miles: arg. pro hoc expreſſum j. de teſta. mili. l. cùm filiuſfa. & l. impuberi. de admi. tut. Pro hoc facit hæc lex quæ generaliter dicit, q̃ filio, qui eſt recaſurus in alterius poteſtatem, non poteſt ſubſtituere

14 tui. † Quintò dixi q̃ requiritur q̃ nõ deſierit eſſe in poteſtate ante mortẽ teſtatoris: hoc eſt verum, ſi per emancipationem exeat de poteſtate: vt d. §. cùm filiæ. Itẽ ſi alij daretur in adoptionem eadem ratione: ſecus ſi exeat, ſed ſpes eſt quòd recidat per fictionem: vt in capto ab hoſtibus: vt j. eod. l. lex Cornelia. & l. pater.

15 de capti. † Quæro quid ſi exeat de poteſtate per dignitatem. Dicit gl. & bene, q̃ pupillaris ſubſtitutio nõ extinguitur: q̃a omnia iura naturalia, & legitima remanẽt firma, vt in auk. cõſtitutio quæ de dignit. §. illud quoq̃. ſed q̃ poſſit ſubſtituti pupillariter, eſt de iur. legitimo: ergo &c.

16 † Præterea quæro cùm pupillaris ſubſtitutio irritetur per emãcipationem, an remaneat valida iure fideicommiſſi? Dico q̃ non: quia ſemel valuit iure directo: vt j. e. l. verbis ciuilibus. Item quæro q̃d

17 † ſi filius exeat de poteſtate per religiõis ingreſſum. Dicam j. in vlti. q. in princ. & hoc de quinto. Sextò, dixi quòd requirit

g ¶ Cõſeructur. Vide Paul. de ca. in d. auk. ex cauſa. Bal. conſil. cxiij. iij. vol. Ro. cõſi. clxxxj. Bal. conſi. cccvij. ij. vol. in fi.

tur quòd pater faciat teſtamentum ſibi: hoc fallit in milite, vt hic in ver. quiſquis. & l. miles ita. de milit. teſta. Item debet facere teſtamentũ primò ſibi. vt j. ea. l. §. prius. & ibi dicam. Sed

e quæro[e], quid ſi † teſtamẽtum minus ſolenne fuit patris, an va-

18 leat ſubſtitutio pupillaris? Videtur q̃ ſic: quia continet fauorem liberorum, vt ſic filius decedat teſtatus, vt dictum eſt, & probatur in l. Iulianus. aliàs, ſi pupillus. j. de acqui. hære. ergo debet valere: vt l. hac conſultiſsima. §. ex imperfecto. C. de teſta. & hoc putarem verum, ſi aliquis de liberis eſſet ſubſtitu-

f tus[f]: ſed ſi extraneus eſſet ſubſtitutus, incideret in illam quęſtionem: an datio tutoris valeat facta à patre filio in imperfecto teſtamento: de qua in d. §. ex imperfecto. & vt dicitur in l. quia patre. de confirman. tuto. Finaliter puto q̃ non valeat. Sicut enim ipſe pupillus non poſſet extraneum inſtituere in teſtamento imperfecto: ita nec pater, per ea quæ dixi ſ. circa illum ver. quartò requiritur. & per tex. in §. ex imperfecto. qui dicit q̃ quo ad extraneos habet pro nõ facto, & hoc de ſexto.

Septimò dixi q̃ requirit q̃ ſit impubes inſtitutus vel exhæredatus. Ratio: q̃a aliàs teſtamẽtum eſſet nullũ, vt hic in §. ſed ſi eos. Quęro quid ſi teſtamẽtum rũpatur per contrata. Dicã j. eo. l. is qui contratab. Quæro quid ſi teſtamẽtum rũpatur p̃ querelam. Dic an in totũ vel in parte, vt in §. ſed nec impube-

19 ris. l. Papinianus. de inof. teſt. & hic no. in gloſſ. † Quæro, an id q̃d dicit de exhæredatione, ſit hodie correctũ. Quod videt, quia impubes nõ poteſt cõmittere cauſam ingratitudinis: vt l. ſi quis in ſuo. §. legis. C. de inof. teſt. quod eſt verũ in impube re, qui non eſt doli capax: aliàs ſecus, vt no. Inſtit. eo. §. nõ ſo-

20 lùm. & hoc tenet Gul. & Old. † Quæro quid ſi ſit talis præteritus, qui nõ rũperet teſtamentũ: cùm in eo oĩa alia cõcurrãt quæ requiruntur in pupillari ſubſtitutione. Certè credo q̃ ei poterit ſubſtituti pupillariter, nec requirit ſubſtitutio vel exhæredatio. Exẽplũ in nepote ex filio emãcipato in poteſtate retento ſm̃ iura hodierna, vt plenè dixi in l. Gallus. §. & q̃d ſi tantũ. ſ. de lib. & poſth. & ſic videt nouus caſus, quo potuit pupillariter ſubſtituti ei, q̃ nõ eſt inſtitut⁹ vel exhæredat⁹: vt plenè ibi dixi. Itẽ quæro an rupto teſtamẽto ex cauſa præteritio

g nis cõſeruet[g] pupillaris ſubſtitutio, p̃ auk. ex cã. dixi ſ. l. prox.

Item

a Itẽ quæro[a] q̃d ſi filius † p̃teritus approbat teſtamentũ, an va-

21 leat pupillaris ſubſtitutio ei facta. l. ac de Are. dicit q̃ ſic, vt dixi ſ. l. proxi. per l. filio pręterito. ſ. de iniuſto teſta. Hoc intelligo verum ſi pupillus approbat tutore authore, vt l. ſi ad pupil-

22 lum. de autho. tu. † Itẽ quæro an id quod dicit de filio exhæredato, habeat locũ, ſiue bona ſiue mala mẽte exhæredetur: vt l. multi. ſ. de libe. & poſthu. Gul. de Cu. q̃ ſic: quia lex non diſtinguit: ergo &c. vt l. non diſtinguemus. de arbitris. & l. de pretio. de publi. Pro hoc l. cũ quidã. C. de leg. & l. ab exhæreda to. j. de leg. j. & l. in ratione. §. fi. ad leg. Falcid. quę videt loqui in exhæredato mala mẽte, cũ ei teſtator nil relinquerit: & ta-

b men poteſt ei ſubſtituere. Sed dices[b] tu: quomodo iudiciũ vel teſtamentũ pupilli cõmittitur patri, qui eum exhæredat mala mente: & ſic eſt ſibi inimicus: vnde debet reijci iudiciũ patris ſicut arbitri vel iudicis: vt l. nõ diſtinguemus. §. cũ quidã. ſ. de

c arbi. & C. ſi qua prædi. po. l. j. Reſpon.[c] lex tantũ de patre cõfidit, q̃ non credit q̃ filio faciat aliq̃d niſi pro bono: ideo ad petitionẽ patris filius incarceraret: vt l. ſi fili⁹ tuus. C. de pat. po. cũ nullus amor vincat paternũ: vt C. de cu. fur. l. fi. & l. iſti quidẽ.

23 quod met. cau. Dixi tãn † pro veritate q̃ ſi pater eſſet ita turpis perſona, q̃ ei nõ cõmitteret adminiſtratio bonorũ filij viuentis: vt l. fi. C. de ſen. paſ. & ſ. ſol. mat. l. ſi cũ dotẽ. §. eo aut tẽpore. q̃ tunc nõ põt pupillariter ſubſtituere: & multo magis cũ ibi ſit maius periculũ. facit ſ. vbi pupil. edu. deb. l. j. & l. vtilita

24 tem. de cõſir. tuto. quod tene menti. † Octauò, requirit q̃ ſit adita hæreditas, vt valeat ſubſtitutio pupillaris, vt hic, in ver. adeo. Itẽ per edictũ, ſi quis omiſ. cau. teſt. vt in ver. plane fallit in milite, vt l. miles ita. §. fi. de mili. teſta. Item fallit vbi exiſtentia ſui hæredis confirmat tabulas pupillares: vt l. pater. in prin. j. de priui. credi. quam glo. hic allega. pro contraria. &

25 hoc plenè examinabo j. eo. l. ſi filius qui patri. Quæro † an aditione facta, ex tacita vulgari cõfirmentur tabulæ pupillares? Reſpõdeo ſi quidẽ ſolus pupillus fuit hęres inſtitut⁹, exiſtẽtia ſui hæredis confirmat tabulas pupillares, vt dictũ eſt: ideo nõ eſt neceſſe q̃ confirmẽtur per aditionẽ ex tacita vulgari, tenẽdo illã opi. quam tenui ſ. l. proxi. Sed ſi habet cohæredem, qui nõ repudiat: tũc nõ video quid repugnet quin cõfirmẽtur per aditionẽ ex tacita vulgari. ſecundũ ea quæ dixi ſ. l. proxi. in q. illa an à tacita vulgari poſſit incipere teſtamentũ. quod plenè

26 dixi. † Quæro, quotuplex eſt ſubſtitutio pupillaris. Rñdeo, duplex, alia tacita, alia expreſſa. Exp̃ſſa eſt, q̃ fit verbis expreſsis. tacita, quæ fit verbis tacitis ſeu à iure ſubintellectis. q̃ dic vt dixi ſ. in tractatu vulgaris ſubſtitutionis, licet de vno poſſit dubitari an reperiatur pupillaris partim tacita partim expreſſa, ſicut dixi in vulgari. Reſpõ. ſi q̃ris an reperiat partim expreſſa partim tacita: quo ad caſus dico q̃ nõ poſſit reperiri: q̃a hoc ſolũ in vnũ caſum conferi, ſcilicet ſi intra pupillarẽ ętatẽ deceſſerit: ideo aliũ caſum nõ põt cõprehendere: quia nullus alius caſus eſt. Nã ſi in parte ſubſtituat, in alia parte videt voluiſſe ſubſtitutionẽ non valere: vt l. ſi ita quis. j. eo. Prędicta vera, niſi in caſu, quẽ dicã fortè j. proxi. q̃. Si verò quęratur an reperiatur partim tacita partim expreſſa quo ad verba, dico q̃ ſic eodẽ modo quo dixi in vulgari, per eaſdem leges & hoc

27 de tertia q. † Quartò quærit q̃bus verbis fiat ſubſtitutio pupillaris? Reſpondeo, verba quæ referuntur ad eũ qui ſubſtituit, ſemper ſunt affirmatiua: illa quæ referuntur ad eũ, cui ſubſtituitur, ſemper ſunt negatiua ſeu priuatiua, ſcilicet ſi deceſſerit intra pupillarẽ ætatẽ, &c. prout dixi ſ. circa vulgarẽ ſubſtitutionem. Sed cõtra hoc poteſt opponi: q̃a in pupillari ſubſtitutione dicit, ſi hæres erit, & intra pupillarẽ ætatẽ deceſſerit, &c. & illa verba, ſi hæres erit. ſunt affirmatiua ſiue poſitiua: vt ſ. l. proxi. in prin. Reſpõdeo, illa verba, ſi hęres erit, nõ ſunt de ſubſtantia pupillaris ſubſtitutionis, patet: q̃a poteſt filio exhæredato fieri, & q̃nq̃ filio præterito. vt ſ. vidiſtis. Itẽ probat expreſsè C. eo. l. ſi in teſtamẽto. vt j. eo. l. q liberis. §. hęc verba. & l. cohæredi. §. fi. & l. qui duos. & l. paterfa. & l. penul. j. eo. tit. &

28 j. eo. l. ſed ſi quis. Sed quæro: q̃d † ſi illa verba[d] apponuntur: d quia dicit teſtator, ſi filius meus hæres erit, & intra pupillarẽ ætatẽ deceſſerit, talis ſit hæres. & filius nõ fuit hæres: q̃a abſtinuit: ſed intra pupillarẽ ætatẽ deceſſerit: an veniat ſubſtitutus

e ex pupillari? Dico q̃ ſic[e]: vt l. Iulianus. aliàs, ſi pupillus. j. de acqui. hęre. & l. pater in prin. j. de priui. cre. Et ſecũdũ hoc erit

a ¶ Item quæro. Contrarium tenet hic Ange. tu tene opi. Bart. Andr. Barbã.

b ¶ Sed dices. Et etiam hoc poteſt contingere præter rigorẽ poteſtatis patriæ per l. in ſuis. ſ. de libe. & poſthu. Andre. Barba.

c ¶ Reſponde. Ange. hic tenet contrarium: quia omnia indiſtinctè loquuntur: ergo indiſtinctè intelligi debent: & quia ſi mala mente exhæredet, poteſt ſubſtituere pupillariter. & ad l. ſi cùm dotem. §. eo autem tempore. reſpondet q̃ facit pro eo: quia ibi nõ interdicitur patri turpis et inquinatæ vitæ petitio dotis, ſeu eius adminiſtratio: quia ſi vi uerct, poteſt conſumere. Sed in caſu noſtro ceſſat iſte timor: quia mortuo patre admittitur ſubſtitutus: ergo &c. Tu potes dicere q̃ aut patri eſt interdictum bonis: & tunc non poteſt: quia etiam ipſe impeditur teſtari: et ſic procedat opi. Bart. Aut nõ fuit interdictum, quia nõ eſt tam turpis vitę: et tunc procedit opi. Io. And. quia ſi non impeditur teſtari, nec p̃ filio. quod bene nota. Andre. Barba.

d P. PAV. P. ¶ Et iſta verba. Vide Com. cõſil. xvj. incip. Ioannes quidam vitalis. in princi.

¶ Recuſari. Nota gl. hic. & Iac. de Are. q qui permittit rẽ hr̃ditariã deperdit, videt repudiare hęreditatẽ Et inducit hunc tex. Bar. licet in lectura nõ dicat, ſcdm Ang. q ſi ſoror permittit hęreditatẽ paternam poſsideri diu per fratres, & cũ egeret aliquo, petebat ab eis, videt repudiaſſe ius ſuccedẽdi, nõ ex curſu tpis, ſed tacitè per l. Procula. ſ. de prob. Quod intellige ſi nõ errauit in iure: vt l. Clodius. j. eo. Secus dicit, ſi diu vouit, & cũ fratribus nihil habuit cõmune, per l. licet. C. eo. Inducit per Bal. poſt Cy. ad ſubſtitutionem libelli, ſi dicatur q contrahit mr̃imonium cũ Bertha per verba de præſenti: cum matrimonium non fiat per verba, ſed per conſenſum, intelligitur q contraxit per verba declarantia conſenſum. Andr. Barba.

¶ Recuſari. Allegat Bald. hic not. quod eſt recurrendum ad teſtes de intentione: quia verba prolata ſufficiunt allegari, & c. ipſe in ca. primo. in vna additio. parua de conten. interme et domi.

f ✠ P. PAV. P. ¶ Recuſari. Si aliquis patiatur quòd per alium poſsideatur hęreditas longuo tẽpore, præſumitur repudiatio. vt per Commen. conſilio xxix. incipien. quidam quintinus.

a ¶ Qui ſe pupillũ. Et inducit per Bal. ad q. de eo qui duxit in vxorẽ eã quã putabat alteri nuptã, vt nõ incidat in pœnã: quia attẽdit veritas: ſed debet agere pœnitentia. Vide ſoan. And. in c. j. de voto. lib. vj. Et an percutiens laicum, quẽ putabat clericũ, incidat in excõmunicationẽ, vide Fede. de Se. in cõſi. xiij, ſed ſi putabat laicum, & erat clericus. & vide c. ſi ignorãs. & ibi gl. ff. de loca, & vide c. ſi vero. & c. contingit. & c. in audienti a. de ſententia excommunica. Andre. Barba.

b ❧ POMATES. ¶ Clodius. Adde qd ſi in caſu huius legis in teſtamẽto inualido ſit apposita clauſula codicillaris, vide Anc. cõſi. cccl viij. ver. licet ergo pro vero præſuppoſito.

c ❧ POMATES. ¶ Oppo. Nõ inducitur repudiatio. Vide Are. §. duo fratres. in xvj. col. de verb. obli.

d ¶ Tu dicas. Et no. q̃ hic dicit Ange. q̃ eo ipſo quòd hæres decidit, & nõ potuit conſulere peritiores ad petendũ reſti. in integrũ transmittit hæreditatẽ. quod bene no. & vide Lud. Roma. in conſi. cxij. pro his quæ hic dicuntur. & vide Ludo. Roma. in cõſi. cccxxxix. vbi loquitur qũ actus fuit exercit' ex capite inhabili, & potuit exercere ex capite habili. vide quæ pulchrè allegat. & vide quod no. Bal. in l. ſi. C. de eo dicil. And. Barba.

e ❧ POMATES. ¶ Qãm quærit. Vide Roma. cõſi. cxxv.

f ¶ Tutorem filio. Ad de quod Pau. de caſt. hic dicit ſe cõſuluiſſe q̃ illud eſt verum, ſi potuit conſulere peritiores: aliàs ſecus, vt quia eſſet in locis ruſticantis, & tamẽ diligenter bona adminiſtraſſet: licet nõ petierit tutorẽ: tamẽ qa ſolũ errauit in iure poſitiuo, nõ autẽ naturali vel quaſi, dixit ipſam excuſandam ab illo rigore iuris: & quod ita eſt veritas, ſicut Deus eſt.

g ¶ Ratio patet. Et ad de q̃ iuris ignorãtia excuſat à pœnis doli, non latæ culpæ. l. bene. de præſcriptio. xxx. anno. & no. Ange. in l. ſicut. ad fin. de præſcript. xxx. anno. dolus & lata culpa non æquiparãtur in delictis qã tractaretur de perditione famæ & perſonæ. & l. in l. Cornel. de Sica.

In hæreditate tamen acquiſita non nocet error iuris. gl. eſt not. in l. qui fideicommiſſum. de leg. ij. ſed in d. l. ſi. ver. ſi qs vero. videt, ꝓbari q̃ error iuris nocerat: Nã ibi dicit tex. lucra nõ capere & debita amittere. Si enim debitum amittit, tractat de dãno vitãdo, ſi lucra capit, tractat de lucro tariã perire permittẽdo, cũ eã poſsit ſaluã facere: arg. l. ij. C. de infan. expo. Not. hãc additionem. Tetigi hanc legẽ in lege. gerit. ſ. eo. Vlteri' illa lex, dñi præbet argumentũ, † & eſt quaſi caſus ad illud, q̃ ſi filia fœmina paſſa eſt fratres poſsidere hereditatẽ, & ſi aliquid voluit, ab eis petijt: quia licet ab aditione hæreditatis non recedatur niſi xxx. annis. tamẽ ſi illud in iudicio voluntatis apparet, & noluit recuperare, nõ video quare nõ videat recuſaſſe: vt hic, & argu. l. Procula. ſ. de proba.

Vi ſe pupillũ.

[a] Error adeuntis in ætate propria nõ impedit aditionẽ. h. d. Ratio eſt: qa talis error voluntatem nõ impedit. Hic nõ ſunt alia.

☞ *Error quando impediat repudiationem.*

Per ignoranti am quando quis perdat lucrum.

Lodius.

[b] Qui adit ex poſteriori teſtõ inualido per iuris errorẽ, vr ex primo repudiare, ſecdm Papinianũ: ſed Paulus cõtra. h. d. Opp. [c] cõtra Papi. ſ. de inoffici. teſt. l. ſi mater. Sol. † fateor q̃ Papinian' malè dixit, & q̃ malè, pnũciauit, & q̃ Paul' bene dixit. Iſtud eſt veriſsimũ, ſi intelligamus iſtũ erraſſe in facto, p d. l. mater. Sed ſi ponimus eũ erraſſe in iure: tũc adhuc dubiũ eſt. Nã gl. in l. filiũ. ſ. eo. vr tenere q̃ eo caſu Papi. diceret bñ. Dy. remittit ad no. in l. q fideicõmiſſum. j. de le. ij. vbi gl. diſtinguit, aut tractat de petẽdo debito: aut de acqrẽdo lucro. Alij diſtinguũt, qñ errat in iure: aut potuit peritiores conſulere, aut nõ: vt l. in bonorũ. j. de bo. poſ. tu dicas, [d] qñq̃ tractam' vtrũ † pignorãtiã iuris qs perdat lucrũ qd̃ poterat acquirere: qñq̃ vtrũ pdat illud qd̃ erat iã acqſitũ. Primo caſu, aut q̃ris vtrũ illud lucrũ pdat volũtate, hoc eſt, repudiatione pſumpta: & tunc vno caſu tm perdit, ſ. qñ qs extrane' vult vti cõtrarijs modis, ex eadẽ ſcriptura: vt ſi primò petijt vt ex teſtõ, nũc ex codicillis, vel ecõtra: vt l. ſi. C. de codic. Sed ſi ex diuerſis ſcripturis vel depoſitionibus veniret, nõ inducerẽt repudiatio: vt l. legitimã. ſ. de peti. hære. Rõ, qa talis error ipedit volũtatẽ: p cõſequẽs impedit repudiationẽ. Hoc eſt qd̃ hic dicebat Paul', & bene, reprobata opi. Papinia. ſicut dubitans de viri' teſtamẽti errãdo ĩ iure vel facto nõ poteſt adire hereditatẽ: vt l. ſi is quod quẽ. & l. hæres inſtitut'. & l. ſe. ſ. eo. & hoc ꝓpter ĩpedimẽtũ volũtatis. Ita ille error impediret repudiationẽ: vt l. iiij. & l. is poteſt. ſ. eo. Cõtra hoc tñ facit l. ſi patron'. in prin. j. de his q̃ in frau. pat. Rñdeo q̃ illud eſt rñſum Papiniani, & ibi patet p̃cedens error eodẽ mõ quo hic. Vel ſuſtinẽdo dicas q̃ ibi perdit actio reuocatoria cõpetẽs patrono, q̃ cũ cõtra ius ciuile det, facilius perdit. vt l. in honorarijs. §. ſed cũ reſciſſa. de act. & ob. Qñq̃ quæritur [e] vtrũ quis per errorẽ iuris pdat lucrũ, nõ dico repudiatione vera vel p̃ſumpta, ſed ex alia iuris diſpoſitione: & tũc aut lex priuat aliquẽ ꝓpter aliquod, qd̃ cadit in delictũ, vt matrẽ nõ petentẽ tutorẽ filio [f]: & iuris error nõ excuſat: vt l. ſi. C. q pe. tu. Ratio patet [g] ibi in tex. Aut priuat propter aliud, quod nõ cadit ĩ delictũ, vt qa intra tẽpus bonorũ poſſeſsionẽ non petijt: tũc diſtinguitur aut potuit conſulere peritiores ſe, aut nõ: vt dicã in d. l. in bonorũ. Nec poſſet dici q̃ ibi eſt tacita repudiatio, nõ petẽdo intra tẽpus: qa dico q̃ illud nõ procedit ex tacita repudiatione, ſed ex legis diſpoſitione. Quid eñ ſi ille intra tẽpus proteſtaret ſe velle repudiare? Certè eodẽ modo concluderet. Vel ſi intellẽgeres ex repudiatione, intellige facta à iure, nõ pręſumpta ex aliqua volũtate. Secũdo caſu qñ quæris, an qs priuet lucro iã acquiſito, quod tñ repudiare poteſt, vt in legato per errorẽ iuris. Et dic q̃ nõ, ſecũdũ Papinianũ: vt l. qui fideicõmiſſum. j. de leg. ij. quę eſt reſpõſio Papiniani. Et ideo ſi hic eſſet filij ſuus hæres, cui hæreditas patris eſt ipſo iure quæſita: licet ſi vult, põt ſe abſtinere: vt l. neceſſarijs. ſ. eo. tũc per ignorantiã iuris nõ videt repudiare, etiã ſecũdũ Papinianũ: qa eſt eadẽ ratio quæ in legato, vt d. l. qui fideicõmiſſum quę in filio emãcipato vel ſui iuris exiſtẽte nõ pcederet, ſed haberet locũ præcedẽs diſtinctio: vt l. ij. C. de iur. & fac. igno. Ad gl. l. filiũ. ſ. eo. dico q̃ nõ dicit verũ, & in lege illa filius ſciebat ius & factũ. & hoc tenet gl. ij. Et ſi diceret q̃ putaret patrẽ demẽtẽ, non creditur ei: quia ſcire præſumitur, vt ibi dixi.

Quero & reuoco in dubiũ, vtrũ hoc fuerit bene pronũciatũ. Rñ. ſi iudex mouit ſe per reſpõſum Papi. malè iudicauit. Sed ſi alia rõne [h] potuit bene iudicare: ſcilicet ſi Clodius hæres ante aditã hæreditatẽ deceſsiſſet. Hoc ſentit gl. vltima hic, et bene.

Væ neptis.

[i] Poſt abſtẽſionem cohęredũ, alij' ſe implicãs vniuerſæ hæreditati, vniuerſis oneribus tenet'. h. d. Not. q̃ poſt abſtentionẽ cohæredũ immiſcẽdo ſe oĩbus bonis perdit qs beneficiũ: vt l. cũ hęreditate. & l. ſi minor. ſ. eod. Non habetis hic alia recitanda.

1 ☞ *Si alicui deferuntur plures portiones uniuerſæ hæreditatis ex diſpoſitione defuncti, an ſi habet unam cogatur habere omnes?*

2 *Si deferũtur alicui plures portiões, q̃dã ex diſpoſitiõe defuncti, q̃dã diſpoſitiõe legis, an qs cogat habere totũ?*

3 *Qũ plures hæreditates unius deferũtur alicui ex diſpoſitione unius qũ poſſit unã amplecti, & aliã repudiare.*

4 *Si plures hæreditates unius deferũtur ex diſpoſitione diuerſorũ uni: tunc põt unã amplecti, & aliã repudiare.*

5 *Quãdo plures hæreditates diuerſorum ex diuerſorum diſpoſitione unã poteſt amplecti, & aliam repudiare.*

6 *Quando plures hæreditates diuerſorum ex diſpoſitione unius tãtũ, quãdo una poſſit adiri, & alia repudiari.*

7 *Quando quis uult adire paternam & repudiare pupillarem: uel adire pupillarem & repudiare paternam.*

8 *Tertius modus quomodo poteſt contingere quòd hæreditas diuerſorum defertur ex diſpoſitione unius.*

Riſto.

In eum, qui poſt abſtentionẽ vnius omnia bona vendicat, dantur actio. in integrum reſtitut. hoc dicit. Quæro in quo diſſe

differat hæc lex à præcedenti. Rñ. in præcedenti fuerunt abſtenti per reſti. in integ. hic verò vnus ſe abſtinuit per beneficium abſtinẽdi conceſſum à prætore mortuo. Itẽ in præcedẽti dicitur q̃ tenetur a d vniuerſa onera paſsiuè: hic verò poteſt intelligi q̃ ad eum tranſeant omnes actiones actiuè. Opp. ſ. eo. l. cùm hæreditate. Sol. hic volebat vti beneficio illius legis: ibi nõ volebat. Contrà, imò qui habet vnã portionẽ, cogitur habere omnes alias inuitus: vt l. quidã elogio. C. eo. l. j. & l. ſi ſolus. ſ. e. Sol. ibi quando plures portiones deferuntur ex diſpoſitione defuncti: hic quando vna ex diſpoſitione defuncti, alia ex diſpoſitione legis, ſcilicet per ius accreſcẽdi. Circa quod gl. poſuit ſummã ſuam in l. quidam elogio. C. eod. & ibi Cyn. & Dy. poſuit in l. j. ſ. eo. Ego, vt tibi materia iſta liqueat, reſeruaui eam hic. Ergo, vt eam plenè habeas, diſtingue pleniſsimè quatuor caſus. Primò, quãdo deferunt' vni plures portiones vnius hæreditatis ex diſpoſitione defuncti. Secũdò, qñ deferuntur plures portiones, quædã ex diſpoſitione teſtatoris, quædã ex diſpoſitione legis: vt per ius accreſcẽdi. Tertiò, qñ deferunt' plures hæreditates. Quartò, qñ plura legata. Circa primũ dic, † aut quis errat circa quotã ſeu quotas ſibi delatas: quia putat de maiori vel minori quàm ſit. & diſtingue vt no. ſ. eo. l. ex ſemiſſe. & l. ſi quis extraneus. §. ſi quis partẽ. Aut eſt certus de portione ſeu portionibus ſibi delatis: & tunc aut totum relinquit' vno nomine, aut diſtinctis partibus. Primo caſu, aut relinquitur libero, aut ſeruo. Si libero: tunc aut adijt ipſe, aut hæres eius. Si ipſe: tunc aditione partis totũ videt' adire: nec poteſt ſcindere vnitatẽ relicti: vt l. j. & l. ſi ex aſſe. ſ. e. Si verò adeũt hæredes eius, fortè ex iure deliberãdi ad eos trãſmiſſo: tunc ſi ſunt plures, poſſunt pro parte adire: arg. l. legatarius. in prin. j. de leg. j. & per rationẽ poſitam ſ. eo. l. cùm ſolus ſeruus. vt ibi dixi. Si verò relinquitur ſeruo: tũc aut eſt ſeruus vnius, & nõ poteſt ſcindẽdo adire pro parte. ſ. eod. l. j. & quia ceſſat ratio l. cùm ſolus ſeruus. ſ. eod. Aut eſt ſeruus pluriũ: & poteſt adire pro parte: vt ſ. eo. l. ſeruus duorũ. & l. ſeruus cõis. & l. ſeq. Secũdò caſu, qñ plures partes deferunt' diſtinctis partibus: tũc aut deferunt' mihi oẽs per me, aut oẽs per alium, aut quædam per me, quædã per aliũ. Primo caſu. aut omnes deferunt' mihi eodem iure puta inſtitutionis, aut diuerſo: ſ. quædã iure inſtitutionis, quædã iure ſubſtitutionis. Si primo modo: aut omnes purè, & vnius aditione videor adire totũ, etiam ſi aliquẽ habeam ſubſtitutum vel coniunctũ: vt l. ij. & l. ſi ſolus. ſ. eo. & l. quidã elogio. C. eo. Si verò quædã purè, & quędã ſub cõditione: tunc aut nõ habet ſubſtitutũ ſeu cõiunctũ: & tunc aditiõe vnius habet totũ. vt l. cùm hæres. §. fi. ſ. & l. ſi quis ita. de hær. inſti. Aut in parte cõditionali habet ſubſtitutũ: & tũc adeundo nõ erit hæres, niſi pro parte purè relicta: vt d. l. cùm hæres. §. fi. tamen exiſtente cõditione erit etiã in alia parte, ſine noua aditiõe: vt l. ſi tu ex parte. in prin. ſ. e. & erit hæres eodem modo quo teſtator diſpoſuit: nec poſſet vnã partẽ habere iure inſtitutionis, aliã iure accreſcẽdi, vt no. in l. ſi quis hæres. in prin. ſ. e. in fi. etiã ſi inciperet à repudiatiõe. Nec obſt. l. ſi tu ex parte. in fi. ſ. e. quia ibi duæ partes deferunt' diuerſo iure, ſ. inſtitutionis & ſubſtitutionis. Rationẽ j. dicã. Si verò in parte cõditionali nõ habet ſubſtitutũ, ſed coniunctũ: tũc adeundo partẽ purè relictam eſt hæres etiam in illa parte partis cõditionaliter relictę, quã habiturus eſt in oẽm euẽtũ, ſ. in eo qd̃ ſibi accreſceret cõditione deficiẽte, in reliquo ſpectat' conditio: vt l. liber homo. §. ſi ita. de hær. inſti. Secũdo caſu qñ deferunt' diuerſo iure, ſ. quædã iure inſtitutionis, & quædã iure ſubſtitutionis: tũc aut primò adiuit ex inſtitutione: & tũc adueniẽte cõditiõe ſubſtitutiõis, eã habebit abſq̃ noua aditiõe, eodẽ modo quo teſtator diſpoſuit: vt l. ſi tu ex parte. ſ. e. in pri. Si verò primò repudiauit partẽ ſuã: tũc poſtea partẽ aduenientem ſubſtitutus poterit adire, cùm & ea reperiet iure accreſcẽdi partẽ partis ſuę: vt l. ſi tu ex parte. ſ. e. in fi. Et ſi dicis, quę eſt ratio differẽtiæ inter hũc caſum & præcedẽtẽ, qñ ambæ deferebant' ex inſtitutiõe: tñ vna purè, alia ſub cõditione: Rñ. iſtæ portiones delatæ diuerſo iure ab initio fuerũt delatæ duob': & ſic vn' poterat agnoſcere, ali' repudiare. ita iſte q̃ vicẽ duorũ ſuſtinet, ſi à repudiatione incipit: vt dictũ eſt. Secũdo caſu principali qñ plures portiones deferunt' mihi per aliũ, vt puta per filiũ vel p ſeruũ: & tũc aut oẽs purè: & nõ poteſt vnã partẽ tantũ adire. Rationẽ poſui in l. ſi ſol'. ſ. e. Si verò aliqua purè, aliqua ſub cõditione tũc põt vna adiri: & ſi conditio extiterit, nõ haberet aliã ſine noua aditione: vt d. l. ſi ſol'. ſ. eod. Tertio caſu principali quãdo quędã deferunt' mihi per me, quędã p aliũ: tũc aut vna obuenit mihi p me, alia p aliũ, cuius hæres ſum: & tũc dic vt l. liber homo. §. ſi ita. ſ. de hær. inſt. Aut vna obuenit mihi p me, alia p aliũ, ſ. per filiũ vel ſeruum, vel aliũ: & tũc diſti. aut primò agnoſco ptẽ mihi obuenientẽ p aliũ, et ptẽ delatã mihi ſtati habeo ſine noua aditiõe vt l. ſi ego. ſ. eo. Aut primò adiui ptẽ meã & illã acqro ſine nouo iuſſu. vt ſ. eo. l. ſi tu ex pte. & hoc de primo. Circa ſecdm no. † q̃dã portio deferi' ex diſpoſitiõe defuncti: q̃dã ex diſpoſitiõe legis, ſ. per ius accreſcẽdi: tũc aut ille, cui obuenit, ĩmiſcuit ſe oĩbus: & tenet' in totũ: nec põt ſeparare vt hic, & ſ. l. pxi. Aut nõ immiſcuit ſe oĩbus, ſed vult petere ſuã ſine alia: & tũc diſtingue: Aut prĩo adiuit, poſtea portio d̃ficit, aut econuerſo: vt plenè diſtinxi in l. cum hrditate. ſ. eo. Circa tertiũ, ſ. qñ vni hęreditates deferunt': eſt aduertẽdũ diligẽter per qnq̃ mẽbra. Primò, qñ deferuntur plures hrditates vni' ex diſpoſitione vnius. Secdò, qñ plures hæreditates vnius ex diſpoſitione diuerſorũ. Tertiò, qñ plures hæreditates diuerſorũ ex diſpoſitiõe diuerſorũ. Quartò, qñ plures hęreditates diuerſorũ ex diſpoſitione vnius ex illis. Quintò, qñ plures hęreditates diuerſorũ ex diſpõne alterius ab eis. † Circa primum qñ deferunt' plures hrditates vni' ex diſpoſitiõe vnius. Exẽplum in milite, q̃ habet duplex patrimoniũ, ſi inſtituerit vnũ per ſe in caſtrẽſi: & illũ per ſe in eodẽ teſtõ vel alio in paganicis: ſi adiret vnã: nõ cogeret habere alia, ſicut ſi diuerſi eſſent inſtituti: niſi cũ diſtictiõe quę not. ſ. tit. j. l. ſi duobus. & C. de teſt. mil. l. ij. Cùm eñ ius accreſcendi cohæreat portiõi, non perſonę: vt ſ. eo. l. ſi totã. & l. ſi Titio. §. fi. de vſufr. & inter illas portiões non ſit ius accreſcẽdi, apparet q̃ vnã põt amplecti, et aliã repudiare ſecdm diſtinctionẽ illarũ legũ: & qa qñ duo iura cõcurrũt in pſona vni', iudicat' ac ſi cõcurrerẽt in pſona diuerſorũ: vt l. tutorẽ. de his q. vt indig. † Circa ſecdm ſciendũ. qñ plures hæreditates vni' deferunt' ex diſpoſitiõe diuerſorũ exẽplũ: fili' arrogat' habet ſubſtitutũ à patre naturali in bõis & in hrditate ſua, ꝓpria: et idẽ ſubſtitutũ habet à pre arrogãte in bonis arrogãtis. q. libet cm capit iure directo ꝓpter diuerſitatẽ patrũ & primoniorũ, ſecdm verã opi. not. ĩ l. ſi arrogator. ſ. de adopt. tũc dico q̃ põt vnã amplecti, aliã repudiare. Tũc eñ ſunt duo teſta. & ex eis nõ habet locũ ius accreſcendi: vt ſ. gbmo. vſufr. amit. l. ſi ſub conditione. † Circa tertiũ quãdo plures hæreditates diuerſorũ ex diſpoſitiõe diuerſorũ: vt hic nullum eſt dubiũ quòd nõ habet locum ius accreſcẽdi: arg. d. l. ſi ſub cõditiõe. & no. p gl. in l. quidã elogio. † Circa quartũ, qñ plures hrditates diuerſorũ ex diſpoſitiõe vnius tantũ ex illis: hoc põt cõtingere duo. mo. Primò, ſi aliqs, cui erat delata vna hęreditas, intra tps deliberãdi decedẽs me fecit hæredẽ: certè ex iuris diſpõne poſſum adire hrditatẽ ſuã & alterius, hoc caſu poſſum adire hæreditatẽ teſtõris, & aliã repudiare, ſicut ipe poterat: vt l. ſi qs filiũ. §. fi. ſ. eo. nõ aũt poſſum aliã amplecti, et teſtatoris hrditatẽ repudiare: qm̃ illa propter iſtã teſtõri obuenit. Sed ſi teſtõr iam adiuiſſet. nõ poſſum vnã amplecti: & aliam repudiare: vt d. l. ſi quis filium. in fi. & de hæredib. inſtituen. l. liber homo. §. fin. Secundò † modo [a] hoc poteſt contingere, quando relinquit' alicui hæreditas paterna & pu-

ferunt' diuerſo iure. Tu dic, ſi bene inſpicias, Bar. nõ cõtradicit: eò qa in vario caſu loquit'. primò in d. l. in teſtõ. verũ dicit: quia aliud eſt inſtõ ſimplex, et aliud pupillaris ſubſtõ: quia inſtitutus ſuccedit teſtati: ſubſtitutus pupillaris ſuccedit pupillo, cuius dicit' eſſe teſtm. l. ex tribus. C. de inoff. teſt. & in l. ij. per Bar. & doc. ff. de vul. & pup. Et vbiq̃ tractat materia pupillaris ſubſtõnis: nimirũ ſi eſſet diſpoſitio d. l. ius noſtrũ. cũ ſi. Sed inhac l. fi. bar. nõ loquit' in hoc caſu ſed loquit' qñ in vna aditione ſufficiebat heredi haber e vtrãq̃ & eſt caſus in l. ſi tu ex parte. hoc eo. titu. quã all. Bar. Notãda ſunt p̃dicta ad ea q̃ habent' in l. vnica. §. is ita. C. de cadu. tol. & in l. quidã elogio. C. de iure deliber.

¶ Secdo mõ. Et nota qd̃ hic dicit Ange. q̃ ſi hęreditas venit ex diſpoſitiõe ſtatuti, et ſic nõ põt, p pte acceptari & p parte repudiari, vt i tex. fin. in l. iiij. C. de oĩ ag. de ſer. li. x. & vide Ang. l. j. & ij. ſ. eod. & hic moderniores. licet ille tex. loquat' ex diſpoſitiõe hoĩs, ſi bene cõſyderetur. & vide moder. in l. vẽtre. ſ. e. q volũt q̃ ſi hęreditas deferẽ ſuo ſtatuto illa ñ transmittit' vigore ſuitatis: & licet hæditas nõ trãſmittat', tũ trãſmittit' illa, q̃ deferẽ ex ſtatuto, dũmõ ſit certa pars. Ita volũt modernio res in l. cũ antiquioribus. C. de iure deliber. And. Barba.

a ¶ Aristo. Inuito accrescit. Cotrarius in hoc fuit Bart. in l. testamẽto. C. de impub. & cõtra Bar. hic ad de Ang. in l. fi. ts qui. quæ cõtinuatur cũ l. cum hæreditate. ś. eo.

b ¶ Vt l. nõ solũ. vide Barto. pro intellectu istius legis nõ solum in l. pater. ff. de priuil. credi. vbi sibi contra dicit. & gl. sing. ĩ illa lege, circa medũ gl. magnæ in verbo, melius. & vide Bar. in l. testõ. C. de ipu. vbi sibi cõtradicit. an. bar.

c ¶ Ver. ergo etiam si minor. Certè ille versi. loquitur in alio casu. Vnde dic q̃ dictũ Bar. probatur in l. si filius qui patri. secundũ vnã lect. quã tenet ibi Bart. in ij. col. & ibi de hoc dixi ś. de vulga. & pupilla.

pillaris: & in hoc articulo Dy. multũ plenè & perfectè distinxit. in memoriã ergo excellẽtiæ suæ iua verba quasi ad literam refera, & modica quæ p me addenda, manifest. lector perpẽdet. Dicit enim duo membra principalia. Aut em̃ quis primò adit paternã, & vult repudiare pupillarẽ: aut vult repudiare paternã, & adire pupillarẽ. Primo casu si adit paternã nunquã põt repudiare pupillarẽ: vt C. eo. l. qdã elogio. & l. qui patri. j. rñso. ś. eo. adeò q̃ si decesserit substitutus viuẽte impubere, nihilominus hæreditas impuberis deferẽ hæredio substituti: & nõ iure substitutionis: quia tale ius nõ trãsit ad hæredes: vt ś. eo. l. toties. & j. de su. & leg. l. si ex pluribus. sed iure accrescẽdi, vt l. qui patri. ij. rñ. secundũ Dy. sed quę est ratio? Dy. nõ dicit. Dic quos possum mihi facere necessarios, possum filio meo. l. sed si plures. §. quos possum. ś. de vul. & pup. Sed si aliqs agnouit partẽ hæreditatis meæ, reliqua sibi in a uito accrescit[a], & in hoc quodã modo est necessari: vt ś. eo. l. si qs hæres istitut. ita etiã ĩ hæreditate pupil. Et iõ isti duo casus in vnũ iũgunt ĩ l. qdã elogio. C. eo. sed si obueniẽte pupillari vellet repudiare paternã, ne illã haberet formã. l. cũ hæreditate. ś. eo. fortè posset. facit l. si certarũ. §. Iulian. ś. ti. j. Et qd̃ Dy. dicit de trãsmissione iuris accrescẽdi ad hęredes, intellige vt dixi in d. l. q patri. ś. eod. Redeo ad verba Dy. si nõ vult repudiare paternã, haberéq̃ pupillarẽ, distingue sex casus. Primò, qñ fuit institutus à patre solus impubes. Secũdò, qñ solus ali hlius, q̃ nõ erat in ptãte instituẽtis, & idẽ erat pupillo substitut, & impubes exhæredat. Tertiò, qñ solus ali hlius, q̃ erat in ptãte instituẽtis, est institut, & impuberi exhæredato substitut. Quartò, qñ impubes erat institutus vnã cũ alio nõ substituto. Quintò, qñ impubes vnã cũ alio instituto est institut. Sexto, qñ substitut est institut vnã cũ filio & impubere exhæredato substitut. Primo casu aut impubes se immiscuit, & nullo modo se abstinuit: & substitutus nõ põt separare hæreditatẽ impuberis ab hæreditate patris: vt ś. de vul. & pup. l. sed si plures. §. hlio. secũdã Dy. hoc est verũ q̃ nõ põt separare adeundo: sed postq̃ adiuit, poterit impetrare restitutionẽ, vt abstineat, secũdũ qd̃ poterat ipse pupillus: vt l.

b nõ solũ. [b] de in integ. resti. Postea dicit Dy. aut impubes adiuit, vel se immiscuit, & postea per restitutionẽ se abstinuit: & tunc poterit substitutus habere pupillarẽ sine paterna. Nã cũ tabulæ pupillares sint cõfirmatę p aditionẽ, nõ infirmant per abstinẽtiã restitutione cõcessa: vt ś. de vulg. & pup. l. ij. §. inter

c dũ. ver. ergo etiã si minor. [c] secundũ verũ intellectũ: vt ś. de mino. l. etsi sine. §. sed qd̃ Papinianus. & ita intelligit p aliquos l. Iulianus. ś. eo. Aut nullo modo adiuit vel se immiscuit, sed ab initio se abstinuit: & tũc poterit substitutus habere pupillarẽ sine paterna: & tũc creditoribus impuberis tm̃, & nõ patris tenetur. Ita debet intelligi l. Iulian. aliàs, si pupill. ś. eo. nihil diuinãdo Dy. illud verũ, vt ibi dixi. & hoc operaret existẽtia sui hęredis in cõmodũ pupilli, cui facta est substitutio, vt decedat testatus. Sed cõtra hoc videt q̃ hæreditas paterna & pupillaris habẽtur sicut plures portiones vni hæreditatis: vt l. quidã elogio. C. eo. ti. & tũc si qs primò habeat partẽ ex institutione, cogit̃ habere ex substitutione: & ecõuerso: vt l. si tu ex parte. ś. edẽ. ergo sicut si adit paternã, cogit̃ habere pupillarẽ, vt dictũ est: ita si primò adit pupillarẽ, cogitur habere paternã. Ista est fortis ratio, in tm̃ q̃ iuriscõsult Iulian hoc dicebat in d. l. Iulianus. & arbitror, p certo, q̃ hæc fuerit ratio q̃ mouebat eũ, cũ reprehendit̃ ibi à Marcello. Rñdeo ad dictã rõnẽ: nã illud, qd̃ qui habet paternã cogat̃ habere pupillarẽ est in fauorẽ pupilli, vt decedat testat: ideo trahit ad se pupillarẽ, sicut partẽ hęreditatis paternæ: sed qñ hoc esset cõtra voluntatẽ pupilli, tũc nõ procederet dicta æquiparatio. Ita est in, pposito, vt ibi dicitur in tex. Repugnat em̃ vtilitati pupilli, vt ibi dixi in tex. Redeo ad verba Dy. Secũdo casu, qñ solus extraneus institut est à patre, & impuberi filio exhęredato substitutus; nõ põt habe

re pupillarẽ sine paterna: qa ad hoc vt cõfirment tabulæ pupillares, oportet adire hæreditatẽ. Ita intelligitur lex, sed si plures. §. si ex asse. de vul. & pup. & ś. eo. l. quæsitũ. ad Trebel. l. ita tũ. §. qui suspectã. Dy. sed si ponerem istũ institutũ esse minorẽ. posset minor adire paternã, & petere restitutionẽ: & essent cõfirmatæ tabulæ pupillares: & sic haberet pupillarẽ sine paterna. Redeo ad verba Dy. Tertio casu, qñ solus alius filius in potestate existẽs est institut, et impuberi filio exhęredato substitutus: & tunc aut se immiserit paternæ, & nullo modo abstinuit, & habet verãq̃ sicut extraneus. Aut se immiscuit, & post immistionẽ se abstinuit per restitutionẽ: & tũc qa tabulæ pupillares remanẽt firmæ, poterit habere pupillarem sine paterna, vt videt loqui prima facie. l. si filij q patri. ś. de vul. & pup. Aut ab initio se abstinuit, & nullo modo se immiscuit: & ille casus nõ est oĩno expedit secundũ gl. quæ est in d. l. qdã elogio. Nã quidã dicũt q̃ poterit habere pupillarẽ sine paterna, per l. cũ quasi. §. sed & fi. de fideicõ. liber. Alij dicũt q̃ illud est speciale fauore libertatis: & ideo dicunt substitutũ nõ posse habere pupillarẽ sine paterna: cũ tabulæ pupillares non sunt cõfirmatæ, eo q̃ nõ est adita hæreditas patris: vt l. ij. §. adeo. ś. de vul. & pu. Tu verò audacter dicas tenẽdo primã opinionẽ, q̃ poterit habere pupillarẽ solã. Nã sola abstinẽtia sui hęredis absq̃ aliqua immistione seu aditione confirmat substitutionẽ pupillarẽ, & fideicõmissa vniuersalia, quæ ad confirmationẽ, aditionẽ seu immistionẽ requirunt: vt j. ad Trebel. l. ita tũ. §. si pater. Ita debet intelligi, nec est opus diuinare ś. eo. l. si filius qui patri. de vulg. & pup. Et hoc patet ibi dũ dicit, onerib nõ spõte susceptis, &c. Si em̃ poneres immistionẽ præcessisse, nõ inuitus necessitate iuris ciuilis, sed sua immistione volũtaria obligatus esset: & hoc qñ solus su hæres est. Sed si cũ alio, sola existẽtia sui hęredis nõ inducit cõfirmationẽ tabularũ pupillarium nec fideicõ. vt j. ad Treb. l. apud Iulianũ. §. idẽ Iulian. Et põt esse rõ: quia cũ testator sibi prouidet instituẽdo plures, p quos vni aditione poterãt oĩa cõfirmari, nõ curauit Iuriscõsultus prouidere; & habet eos p cõfirmatis: vt C. de pac. cõuẽ. l. fi. j. de p̃cario. l. & habet. §. cũ qs. Per hoc patet in quo versetur priuilegiũ sui hęredis in l. si filius. de vulg. & pup. qa extrane insolidũ institut & exhęredato substitutus, repudiata paterna nunq̃ cõsequit pupil. vt in §. si ex asse. Secus in suo insolidũ instituto, pter existẽtiã sui hęredis. Ita dicit Dy. qd̃ multum placet. & rõnẽ dixi in d. l. filij. ś. eo. & d. l. si filij q patri. ś. de vulg. & pup. Quod intellige, nisi talis filij, ex cui existẽtia debẽt cõfirmari tab. pupil. haberet substitutũ vulgarẽ qd̃ per se examinaui in d. l. si filij q patri. Redeo ad verba Dy. Quarto casu, qñ erat institut impubes cũ alio nõ substituto, si impubes solus vel impubes &, cohæres adiuerint paternã, nõ potest substitutus habere pupillarẽ sine paterna: argu. d. l. sed si plures. §. filio. Sed si adiuit cohæres solus, & non pupillus, cũ per eius aditionẽ cõfirmatũ sit testamentũ impuberis, poterit habere pupillarẽ sine paterna: vt d. l. ita tamẽ §. qui suspectã. si nec impubes nec cohæres adiuit. non valet pupillaris, & ideo ex eo non defertur hæreditas: vt prædicto §. si ex asse. & l. ij. §. adeo. de vulga. & pup. & ad Treb. l. apud Iulianũ. §. j. secundũ Dy. Quod intellige nisi cohæres esset suus: tunc existẽtia sui hęredis operaretur cõfirmationẽ, vt dixi in d. l. si filius qui patri. Redeo ad verba Dy. Quinto casu, quãdo institutus est impubes vna cũ alio substituto: nõ potest habere pupillarẽ sine paterna: qa aut adiuit solus impubes, & nõ põt separari: quia bona sunt immista. Aut nullus adiuit: & nõ valet testamẽtum impuberis: vt l. ita tũ. §. qui suspectã. ad Trebel. & l. sed si plures. §. filio. de vulg. & pupil. Quid ergo si adiuit solus impubes paternã, vel solus cohæres, & per restitutionẽ abstinuit? Ex prædictis patet respõsio secundũ Dy. Prædicta intellige, nisi cohæres impuberis esset frater eius & in potestate testatoris. Tũc em̃ vtroque ab initio abstinẽte valerẽt tabulæ pupil. per existẽtiã sui hęredis, vt dixi in d. l. si filius q patri. Redeo ad verba Dyn. Sexto casu qñ substitutus vna id est cũ filio est institutus: dico q̃ si adiret cohæres paternã, põt substitut habere hæreditatẽ impuberis exhęredari sine paterna: aliàs nõ posset, quia nõ valẽt tabulæ pupil. vt l. quæsitũ. ś. eo. Hic finiũt

6 verba Dyni. † Tertio modo põt cõtingere q̃ diuersorũ hęreditas deferẽ mihi ex dispositione vni: puta, si sim substitutus pluri

pluribus filijs impuberib, an possim vnã amplecti, & aliam repudiare. Dic: si adeo paternã, & cogor habere oẽs pupil. vt l. quidã elogio. C. e. si illã nõ adeo, & sine illius aditione valent pupilla. q̃ qñ fit, patet ex prędictis: tunc possum vnã amplecti, aliã omittere. Esset em̃ contra vtilitatẽ impuberis: quia fortè metu vnius, nullius hæreditatẽ quis acquireret: vt l. Iulianus. aliàs si pupillus. ś. eo. ideo vna aliam ad se non trahit, vt dixi. Præterea ex testamentis diuersorum non est ius accrescendi: vt l. si sub conditione. quib. mod. vsufr. amit. Circa quartum quando relinquuntur plura legata, dic vt j. de lega. ij. l. ij. cum legibus seq. Et hoc pro declaratione huius subtilis materiæ.

Quemadmodum testamenta aperiantur, inspiciantur & describantur. *Rubrica.*

1 ☞ *Testamentum petitur aperiri officio iudicis.*
2 *Hoc edictum habet locum quando quis confitetur se habere tabulas, nec assignat causam quare non debet exhibere.*
3 *Quo ordine imploratur hoc officium iudicis.*
4 *Quando constat quòd habet tabulas, sed non dicit se nolle exhibere, quo iure procedetur: & quæ causæ cognitio requiratur.*
5 *Quæ probatio requiratur in hac summaria cognitione.*
6 *Iuramentum calumniæ in hoc edicto præstatur per procuratorem.*
7 *Hoc edictum pro quibus ultimis voluntatibus habeat locum.*

LEX I.

Mnibus. Primò ponit mentẽ edicti. Secũdò, rationẽ. Tertio incipit exponere. Secũda ibi: ratio. Tertia ibi: si quis. Dicit tex. quicũq̃, & quorũ interest. & verisimile est q̃ aĩo calumniãdi nõ postulẽt. Dy. Duo habemus vide

1 re. Primũ, quo ordine peruenĩat ad aperiẽdum testm̃. & istud dicam hic. Secũdum, postquã ad hoc debet deueniri, qualiter aperiat & inspiciatur & describat̃. & de hoc dicã in §. fi. Circa primũ quæro, quo iure petat testm̃ aperiri ex hoc edicto? Rñd. officio iudicis: vt patet ex tex. dũ dicit, facturũ se prætor pollicet, vt j. e. l. cùm ab initio. C. e. l. ij. no. ad circulum arboris actionũ. & Io. in arbore nõ fecit circulum huic edicto, ostẽdẽs

2 q̃ ex eo nõ oriebat̃ actio. † Secũdò quæro, qñ hoc edictũ habeat locũ. Breuiter, qñ quis cõfitet̃ se habere tabulas, nec assignat causam quare nõ debeat exhibere. & sic nõ cõtendit: vt j. e. l. ij. §. fi. & j. de tab. exhi. l. j. §. j. Si enim negaret se habere, vel diceret se nõ debere exhibere: haberet locũ interdictũ de ta. ex-

3 hi. vt in d. ll. † Tertiò quæro quo ordine implorabit̃ hoc officiũ. Rñ. ante oĩa fient interrogatiões, vtrũ habeat tabulas vel nõ, & si dixit se habere, vtrum cõtendit se exhibere: vel nõ, ar.

a l. vbicũq̃. ś. de interro. act. Ita dicit Ia. de are. Itẽ Ro. in libello

4 super tit. de tab. exhi. † Quartò quæro, si cõstat q̃ habeat tabulas. tũc. & nõ dicit nolle se exhibere, quo ordine procedet̃. Dicit gl. certè vt in bon. pos. Gl. quæ est hic, hoc dicit sup verb. alieno. s. q̃ nõ procedat in forma iudicij: sicut dicimus in bo. poss. Vide hãc gl. Certè in bono. posses. nõ est necesse q̃ citet̃ pars: vt l. iij. §. acqrere. & quod ibi no. j. de bon. pos. quomodo ergo hoc procedet. Præterea. tex. j. in l. proxi. §. si dubitet̃ dicit q̃ debet fieri cognita causa: ergo parte citata: vt l. in causę. §. causa cognita. ś. de min. Ad hoc vt istud edictũ habeat locũ, requiritur q̃ qs nõ dicat se nolle exhibere. Ideo aduertẽdum, qñq̃ ille à quo petit̃ exhiberi, cõfitet̃ se debere exhibere: tũc fit sibi præceptũ, iuxta l. si debitori. ś. de iud. & nõ fit in forma iudicij, vt ibi patet. Et hoc modo põt intelligi illa gl. Qñq̃ hoc mõ nõ cõfitet̃, sed dicit, Dñe iudex, bene habeo testm̃: sed dubito vtrũ testõr viuit, vel sit mortuus: vel an istius intersit: illo casu etiã habebit locũ hoc edictũ. Nõ enim dicit se nolle exhibere vel nõ debere: sed an debeat, dubitat. Ita loquit̃ j. l. proxi. §. si dubitet̃. tunc adhibet̃ summaria cognitio: vt d. §. si dubitet̃. Et si peterent̃ tabulę apiri, tũc nõ esset necesse q̃ alia pars citaret̃: sed si peterent̃ tabulæ publicari, vel tradi pti: tũc deberet pars

b q̃ lædi posset, citari[b] vt veniẽtes ab intest. vt l. j. §. hoc interdi-

5 ctũ. j. de tab. exhi. & l. nã ita diuus. de ado. Quæro, † q̃, pbatio

c reqrat[c] in ista sũmaria cognitiõe? Dicit gl. p iurm[d] partis: vt l.

d thesaur. ad exhi. l. iij. C. e. illud è verũ, si q̃rat̃ de, pbãdo an ptis

e intersit[e]. Sed si debẽt alia, pbari: vt puta mors testatoris, d̃ qua dubitat̃: tunc reqrit̃ alia, pbatio p famãvel p vnũ testẽ: vt l. ij. §. si dubitet̃. j. eo. Fateor tñ q̃ iudex debet aperire tab. & primò ipse videre & si reperit petẽtẽ esse in manifesta cãlũnia, qa eĩ

☞ Pro cõcordia. Aduerte q̃ in actiõe summaria ad exhibẽdũ procedit̃ per viã iuri. Ita allegat̃ Bar. tenere in l. fi liber. aliàs, thesaur. ff. ad exhib. Cõtrarium alle. tenere in hac l. j. So. duplex. primò, qa in d. l. thesaur. verũ dicit vbi agit̃ de modico p̃iudio: sec? si de magno, vt in hac l. j. vt ipse Bart. hic sentit in d. l. thesaurus. vel & sedò id, qd̃ dr̃ in d. l. thesaur. debet intelligi sanè, & limitari vt in hac l. j. Posset et tertia dari sol. quę est vera, secũ Bar. ĩ hac l. j. vt qd̃ dixit in d. l. thesaur. procedat qñ quæritur an interfit petentis, aliàs non.

nullo mõ interest, non ostẽdet sibi. Sicut cũ particulã ad eũ nõ pertinẽtẽ nõ iubet sibi edi: ita si totũ manifestè videt ad se nõ

6 ptinere: vt l. argẽtarius. §. edi. ś. de edẽ. † Quero, an istud iusm̃ calũniæ possit præstare per, procuratorẽ? Gl. dicit q̃ sic: vt l. qui

7 bõa. §. si alieno. de dã. infec. Quero †, pro qbus vltimis volũtatibus hẽat locum hoc edictum. Glo. dicit quòd pro testamento in scriptis. Item pro testamento nuncupatiuo per notarium in scriptis redacto, & bene. Item pro testamẽto perfecto & imperfecto: vt l. pxi. §. j. qd̃ dic vt ibi, &c.

f Ratio. [f] Not. hanc regulã in his q̃ ex testõ dependẽt, non põt trãsi

d gi, nec veritas disquiri, nisi inspectis et cognitis verbis testi. Hoc em̃ examinat gl. & ego examinaui in l. de his. ś. de trãsact.

1 ☞ *Testis negãs suũ sigillũ, an faciat uacillare fidẽ testi.*
2 *Testis, unus de adscriptis in testõ uel instrumento, si ille contradicat, qñ reddat instrumẽtũ suspectũ. & nu. 7.*
3 *Quomodo fiet apertio testi, quando est certum quòd debet aperiri.*
4 *Quando testamentum petitur aperiri, insinuari & publicari, quomodo fiet.*
5 *Si in dubium reuocatur de uirib testamẽti, quid agẽdũ. Instrumentum probatur scriptum manu alicuius uel eius dicto, si uiuit, uel per comparationem.*
6 *Si omnes testes in instrumento descripti contradicunt instrumento, instrumentum reprobatur.*
8 *Si duo testes descripti in instrumento contradicunt dicentes se non interfuisse, instrumentum redditur falsum: nisi per alios testes approbetur.*
9 *Quando testes dicunt se non recordari an interfuerint uel non, instrumentum remanet ualidum.*
10 *Si testes dicunt aliter fuisse scriptum quam fuerit actum, an instrumentum reddatur falsum.*
11 *Qui subscripsit instrumentum, illud impugnare potest. & quomodo.*
12 *Si ex non descriptis in instrumẽto contradicũt illi, quot testes requirantur ad impugnandum instrumentum.*
13 *Testes non descripti in instrumento, contradicentes instrumento, qualiter habeant deponere.*
14 *Testis examinatus à notario si dixit notarium scripsisse quòd nunquam dixit: cui stetur. remissiuè.*

g Si quis neget. [g] Vnus extestib necessarijs adscri

h ptis in testamẽto contradicens, fidem testamenti facit uacillare. h. d. Dicitur em̃ suum, quod dicitur à se appositum. Iaco. de Aret. dicit testem agnoscere cùm forma sigilli non appareat in testamento.

1 Dy. Reuoco † in dubiũ si testis negat suũ sigillum, vtrũ dubitet̃ de virib testamẽ-

h ti. Gl. obscurè loquitur: [h] tũ facit tres not. casus. Quãdo q̃ quis apertè dicit: hoc nõ est meum sigillũ, nunquam apposui illud sigillum: tũc testamẽtum reddit̃ suspectũ. Quãdo q̃ dicit: nõ recognosco an sit meũ sigillũ. & tũc si sigillũ suum non appareat ibi. quod põt esse: vel qa alieno sigillo signauit, vt l. ad testium. ś. de tes. vel sigillauit suo, tũ nõ apparet forma. ita q̃ discernatur: tũc testamentũ reddit̃ suspectũ, vt

probatur cõmissio, præsertim sp̃ãlis, vt no. in c. q̃uis. de pactis. in vj. in nouella. Sed aliud est, sigillum alterius fidei cõmittere: aliud, characterẽ imponi. In no. in c. qñ contra. de, pbatio. dicit q̃ delegatio põt pbari per sigillũ delegãtis. &c. Vide Bald. in l. si qua per calũniam. C. de epis. & cler. & in l. pacta nouissima. in vlti. colum. C. de pact. & vide Bald. in l. j. in vltim. colum. de procu. Et an sufficiat solum sigillum mittẽtis epistolam, vide Bald. in rub. Digestorum per iltum text. & de materia vide Cano. in c. post cessionem de probatio.

a ✠ P. P A V. P. ¶ Reprehendunt glo. vide Alexan. in l. j. §. editiones. col. iij. & ſeq. ff. de eden.

b ✠ POMATES. ¶ Verò ſigilli. Vide aliqua per Alexan. in l. quæ dotis. ad fin. §. ſolu. matrimo.

c ✠ POMATES. ¶ Vtrum ſit verum. Vide Barb. cõſi. xliij. in ij. col. j. vol. Vide etiã Alex. cõſil. cxlix. in vlt. co. ij. vo.

c ✠ P. P A V. P. ¶ Vtrũ ſit verũ. Vide Ang. cõſi. clxij. in ci. ſuper puncto. col. pe. Bar. in l. in exercẽdis. C. de fide inſtru. vbi Bal. & Ang. in l. idem necare. ſ. eod. & Bal. in c. cũ Ioannes. hic alleg. Spe. in titu. de inſtru. edi. §. reſtat videre. verſic. quod ſi ynus. Alb. in l. cũ pre ci. C. de proba. Cy. in l. ſi quis decurio. C. de fal. Alex. conſil. xvij. colũ. v. volu. ij. & de materia reprobationis inſtrumenti vide Alex. conſil. xliij. col. iiij. & ſeq. vol. iiij. Itẽ quando teſtis dicit ſe aliter dixiſſe cũ nota rius ſcripſerit, vide Feli. in c. ad audiẽtiã. col. iij. de præſcri. & Latius in c. cũ Ioannes Hæremita in xij. col. & pluribus ſeq. de fide inſtru. p Alex. in l. j. §. editiones. colũ. iij. ad fi. ff. de eden. & de materia reprobationis, & an cõtra natu rã poſſit formari inquiſitio, vide Cõ. cõſi. cxxxv. inci. ad primũ per totũ. Itẽ q̃ te ſtes reprobantes inſtrumẽtũ, debeãt eſſe omni exceptione maiores, & q̃ nõ deſerantur iuramẽtũ in ſupplemẽtũ probationis & quot eſſe debeant vide Ioã. de Ana. & ibi Bolo. conſi. xcvij. & in materia pract. Pap. in for. opp. contra inſtrumẽtũ, i verbo dignoſcat eſſe falſum Pau. de ca. conſi. ccvij. tãgit Com. cõſil. cxxxv. q̃ ſit p̃ſumptio cõtra illũ, q vtitur illo falſo inſtrumẽto. vide Alex. cõſi. lxxvij. colũ. ij. volu. j. Curt. latè conſil. lvj. & Dec. conſi. cj.

d ¶ Suſpectũ. Quod teſtes probant cõtra inſtrumentũ, & qñ eorũ dicto ſtetur, adde gl. ſuper verbo, vidiſſe. in §. ſi verò abſunt. in auẽ. de hęre. & falci. Et ſi quatuor teſtes deſcripti dicunt vnũ: duo cõtradicũt: ſtatur illis quatuor: ſecundũ gl. in §. item verborum. Inſtit. de inuti. ſtipu. doc. in ca. cum Ioan. de fide inſtru. & in l. in exercẽdis. C. eo. titu. & vide Ange. & Imo. hic & gl. in d. §. itẽ verborũ. de quo vet Inno. Ioã. An. & Io. Cal. in d. c. cũ Ioãnes & c. tertio loco. de proba. Vide Ang. & Bald. in lec. antiqua in d. l. iuris gẽtiũ. §. quod ferè. & Bald. in l. optimã. de contrahẽ. ſtip. & in l. nullus. C. de teſti. qui dicit q̃ propter

e ✠ POMATES. ¶ Si tabellio viuit. Vide Alex. conſi. cv. in ij. col. ij. vol. & conſil. clxvj. in ij. dubio. ij. vol. & conſi. cj. in iiij. volu.

f ¶ Statur inſtrumento. Stat dicto tabellionis. Et adde gl. in auẽ. de hæred. & Fal. in d. §. ſi vero abſunt. ſuper verbo, quãtum ad hoc. vide i authẽ. ſed nouo. ſi cer. peta.

g ¶ Quod ſufficit. vide Bal. in l. cum antiquitas. & in l. j. C. de teſt. & in l. j. ij. in iij. col. C. de ſecũ. tab. & Bal. per illũ text. in l. j. ad fin. C. ſi vnus ex pluribus. & Imol. in l. inter pares. de re iudi. maximè in vj. col.

h ✠ POMATES. ¶ Dic ergo. Adde Alexand. l. ij. in vlti. col. C. de bono. poſſeſ. ſecundũ tab.

i ✠ POMATES. ¶ Singularis. Vide Ioã. Bap. in repe. l. ad monẽdi. in lx. col. cũ ſeq. ff. de iureiu. Barba. cõſi. liiij. in ix. co. j. vol. Alex. in materia, conſi. xlvij. in iiij. volumi.

k ¶ Quero. Adde Bal. in l. j. C. de ſecun. tab.

l ✠ POMATES. ¶ Quid ſi vnus. Vide Alex. conſi. clxix. in penul. col. & cõſi. xvij. in iiij. col. ij. vo. Bar. conſil. xliiij. maximè in viij. col. in j. volu. & Imol. conſil. cvj. in fin.

m ¶ Quero qd. Adde q̃ quatuor teſtes requiruntur ad reprobandũ inſtrumentũ & nõ minus. qd intellige vt no. per Inno. in c. ſuper hoc. de renũ. & ponit Ro. in rub. de arbi. in xv. q. Et de materia vide latè in cõmẽto c. tertio loco. de proba. & q̃ teſtes reprobantes inſtrumentũ debeãt reddere rationẽ ſuã di ẽti, etiã non interrogati, tenet Bal. ſing. in l. præſbyter. ad fi. de epiſc. & cle. Adde q̃ ad probandum id, quod eſſet cõtra præſumptionẽ reſultãtẽ ex inſtrumẽto, ſemp duo teſtes ſufficiunt, vt per Ange. & Pau. de caſt. in l. iuriſgentiũ. §. q̃ ferè. de pact.

✠ P. P A V. P. ¶ Redditur falſum. Vide Alex. cõſi. xvij. col. iij. volu. iij.

n ¶ Redditur falſum. Et ideo põt torqueri notarius, qũ apparet q̃ vnus ex teſtib. fal ſo deſcriptus eſt in inſtrumento, & c. vt in c. cõſtitut. & in c. ſe des. de reſcript. Facit quod no. in c. fraternitatis. de teſtib. Bal. in l. ſi ex fal. C. de trãſact. Bald. in c. ad au-

ditiã. & ſ. c. cũ adeo. de reſcript. & vidi cõſultũ ſemel de quodã teſte appoſito à notario i inſtrumẽto, qui teſtis illa die erat extra ciuitatẽ, ita q̃ nõ poterat intereſſe. Nã ſi opponit à parte q̃ inſtrũ eſt falſum, eſt ſufficiens indiciũ ad torquẽdum notariũ.

a ¶ Quero, qd ſi teſtes. Adde tu ad hæc dicta Bart. qd pulchrè ponit Alex. i cõſ. xxxiij. col. vj. & pe. in iij. vo. & cõſ. xliiij. col. ix. in iiij. volu.

a ✠ POMATES. ¶ Si teſtes. Vide Alex. cõſi. xxxiij. in vlt. col. iij. vo. et cõſi. xliij. in iiij. volu. Et conſil. lxxxviij. in j. colũ. ad fi. eo. iiij. volu.

✠ POMATES. ¶ Interfuiſſe cõtracturi. Vide Barba. cõſi. xxiij. in ij. col. j. vo. Alex. conſil. cxlvij. in pe. col. in ij. volu. vbi quærit, cui magis credat an teſti an inſtrũ.

c ¶ Quam fuiſſe actũ. Quid ſi teſtis dicat aliter fuiſſe actũ quã ſcriptũ eſt: vide Bal. i l. j. in prin. de ſen. q̃ ſi. cer. quã. & adde q̃ in inſtrũ antiq̃s: & ſic de factis antiq̃s magis credit inſtrũ q̃ teſtib. Et ad hoc alleg. tex. no. in l. cenſus. de proba. et ita alle. Ro. in l. ij. de acq. poſſ. De hoc eſt glo. in c. tertio loco. de probat. Idẽ ſi eſſet inſtrũ factũ in archiuo publico, vel factũ i iudicio: dicta l. cẽſus. d. l. in donatio nib. C. de do. & not. Pet. in l. q̃ in aliena. in prin. de acqr. hære. Et ad p̃dicta vide q̃ dixi Inſti. de act. §. p̃terea. & circa l. cẽſus. vide oino Bal. ſ l. exẽplo. C. de proba. & in propoſito Bal. in d. l. optimã. de cõtrah. & commit. ſtip.

d ✠ POMATES. ¶ In ſubſcriptione. Vide Pau. de ca. cõſi. cccxlix. aliãs eccl. Alex. conſi. cxlvij. in. ij. col. ij. volu.

e ✠ POMATES. ¶ Dicunt qdã. Vide Alex. cõſi. xix. in iiij. col. & ſeq. iiij. vol. & in vlti. col. Cardi. cõſi. lvj. in iiij. col.

f ¶ Quã teſti. Ad qd vide no. i d. l. optimã, & c. vide Cy. & Bal. in l. in exercẽdis. C. de fide inſtru.

g ✠ POMATES. ¶ Multũ cauti. Vide Bar. conſi. xxxij. in x. col. j. vol. & cõſi. xlv. in iij. col. e. vo. & cõſi. xlvij. in xij. co. j. vo. et cõſ. liiij. i iiij. col. e. vo.

h ¶ Aduerte tũ. Adde Bal. in l. j. C. de ſecun. tabu. in l. ſi binæ. de h iniuſto teſta. & Bart. & Bald. in l. ij. de ſecund. tab.

optimã. C. de cõtrah. & cõmit. ſtip. & ſtatim dicã. Vt tñ ceſſent illæ dubitationes, cõſulo q̃ fiat articul⁹ illo mõ, q̃ tali loco & tpe tales teſtes nõ fuerunt p̃ſentes huic cõtractui: & q̃ vn⁹ nõ fuit cũ alio in dicto loco: nec potuiſſent eſſe, quin ſe inuicẽ viderent. Tũc eñ qlibet deponeret de abſentia ſua, & alteri⁹: & abſq̃ dubio nõ eſſent ſingulares. † Quæro, qd ſi teſtes dicunt ſe nõ recordari vtrũ interfuerint vel nõ. Inn. dixit q̃ inſtrũ manet validũ: qa cõtra ipm̃ nihil, pbat, & c. vt l. cũ p̃cib⁹. C. de, pba. qd optimè, pbat p gl. huius. §. vbi dicit, ſi teſtis dicit ſe non cognoſcere: ſi tñ ſigiliũ appareat nõ reddit ſuſpectũ † Quero, quid ſi teſtes dicũt ſe interfuiſſe cõtractui, dicũt tñ aliter fuiſſe ſcriptũ q̃ fuiſſe actũ? Rñ. ſi ſunt plures, inſtrũ reddit falſum: vt l. cũ p̃cib⁹. † Quæro, qd ſi inſtrũ eſt ſubſcriptũ manu eius q vult teſtũ impugnare, an poſſit: Rñ. ſic. Põt eñ, pbare q̃ in ſubſcriptiõe fuit decept⁹: qa oſtẽſo ſibi inſtrumẽto fuit dictũ q̃ cõtinebatur vnũ, & cõtinebat aliud, & ipſe nõ legit. l. fi. C. plus vale. qd agit: vt l. ij. C. de reb. alie. nõ alienãdis. Quæro † qd ſi inſtrũ cõtradicũt teſtes nõ adſcripti in ipſo. Gl. in l. in exercẽdis. C. de fide inſtrumẽto. dicit q̃ requirit, pbatio triũ vel quatuor teſtiũ, cũ teſtes nõ adſcripti in inſtrumẽto, contradicũt ipſi inſtrumẽto. Et hoc qdam dicũt: & mouent ſic: Inſtrũ habet vim duorũ teſtiũ, & eſt ibi authoritas notarij: & ſic ergo tres ad min⁹ requrunt ad impugnandũ. Hoc oẽs doct. impugnant: qa aſſumit bis idẽ. Nã illud totũ, ſ. inſtrũ cũ authoritate notarij habet vim duorũ teſtiũ: ergo non aſſumit poſtea authoritas notarij iterum. Ita dicũt Inn. Io. Ia. de Are. & oẽs. Sed gl. alia rõne moueẽ ad hoc dicẽdũ, q̃ inſtrũ habet vim duorũ teſtiũ: ergo ad id reprobãdũ requirit maior numer⁹, & potẽtior probatio. Sed ſi eſſent duo teſtes, eẽt probatio paris potẽtiæ: ergo inſtrũ nõ reprobat. Et, ppter hoc dicũt qdã, vt dicit Nico. Matt. & Ia. but. in quadã diſputatiõe, q̃ qñ teſtes nõ adſcripti cõtradicũt inſtrumẽto: eſt in iudicis arbitrio videre qd p̃ualet, reſpiciẽdo vtrũ p̃ſona notarij ſit ſuſpecta, & vtrũ ſcriptura habeat in ſe aliquã ſuſpicionẽ vel raſurã: tũc crederẽ poſt⁹ teſtib⁹ q̃ inſtrũ. Sed ſi p̃ſona notarij eſſet honeſta illi aũt teſtes eſſent aliqualiter ſuſpecti: tũc plus credit inſtrumẽto, q̃ teſti: vt l. optimã. in fi. C. de cõtrah. & commit. ſtip. & reqrit q̃ hæc, pbatio fiat p teſtes multũ idoneos & oi exceptiõe maiores. In dubio eñ p̃ſumẽdũ eẽt, p inſtrũ: vt d. l. cũ p̃cib⁹. ideo debẽt eſſe aduocati multũ cauti⁸ in his quæſtionibus, vt fiãt, pbationes de legalitate notarij, & fidelitate & bonitate ipſius: & aduerſarius faciat probationem de fidelitate teſtiũ. Alij aũt ſimpliciter dicunt q̃ duo teſtes præualẽt inſtrumento. Nam inſtrumentum habet vim duorum teſtium propter authoritatem notarij: ſed maioris authoritatis ſunt duo teſtes q̃ authoritas notarij. Sed præcedens dictum puto verum, per d. l. optimam. in fi. Aduerte † tamen h quando teſtes nõ adſcripti deponunt cõtra inſtrumentũ, debent deponere ſe fuiſſe preſentes dicto loco & tempore quo cõtractus i dicit fuiſſe celebratus: aliàs non concluderet eorum probatio: quia alio tẽpore potuerũt fieri diuerſi cõtractus, & diuerſi tenoris: ſed ſi teſtes bene non recordãtur k de tẽpore, eſt cõſiliũ k vt fiat vnus articulus, quomodo ille cõtractus ſemel tãtùm fuit celebrat⁹ inter partes: et ſi partes hoc confitentur, dictũ teſtium cõcluderet de neceſsitate, licet de tẽpore nõ recordent: vt d. c. cùm Ioãnes. & hoc conſiliũ de illo l articulo fiendo dat tibi ille tex. notabiliter: vbi etiã dicit q̃ de hoc poſſunt partes interrogari per iudicẽ, an ſemel tantùm fuit cõtractus vẽditionis celebratus inter eos ſuper tali re vel pluries. Facit C. ſi vn⁹ l ex pluri. appel. l. j. Vltimò l Iac. de † Are. m 14 inducit hãc quæſtionẽ de teſte examinam to à notario, qui dicit nunq̃ dixiſſe quod m notarius ſcripſit. de quo per Iac. de Aret. hic & hoc in Spec. de teſte. §. j. verſicu. ſed pone ecce. & per Cy. C. de fal. l. ſi quis decurio. Non habetis hic alia.

1 ✠ *An tabulæ teſtamenti probent antequam coram iudice publicentur. Et an ſi teſtamentum eſt publicatũ ſecundùm ſolennitatem legis proximæ, an faciat fidẽ, niſi oſtendatur originale. nu. 2.*

LEX II.

